



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


## Universitätsbibliothek Paderborn

**Convulsio Calvniarvm Vlrichi Veleni Minhoniensis,  
quib[us] Petru[m] nunq[uam] Romæ fuisse caullatur**


**Fisher, John**

**Antvverpiae, 1522**


**urn:nbn:de:hbz:466:1-35690**























ERZBISCHÖFL.  
AKADEMISCHE  
BIBLIOTHEK  
LEOSTR. 21  
PADERBORN





**CONVUL**  
**SIO CALVMNIARVM**  
 Vlrichi Veleni Minihoniensis, quib<sup>9</sup>  
 Petrū nuncq̄ Romæ fuisse cavillatur,  
 per Ioannem Roffensem Epif,  
 copum, academiæ Canta  
 brigiensis Can  
 cellari  
 um,

**Petrus fuit**  
**Romæ.**

Cum gratia & priuilegio.







**Q**UOST aliquot menses q̄ Lutheranis articulis  
 evertendis operā impenderimus, cōmodat⁹ no  
 bis fuit, per egregiū virum dñm Tunstallū, nūc  
 suis meritis Londoniensem ælectū, non minori  
 vitæ p̄bitate q̄ eruditione conspicuū, libellus  
 cuiusdā Vlrichi Veleni (sic em̄ sese nominat) quo nullū vnq̄  
 legerim impudentiorem. Nimirū q̄ reclamantib⁹ oibus au  
 toribus, inuerecūda fronte cōtendit, Apostolū Petrū nunq̄  
 Romæ fuisse. Id qd̄ si iustis rationibus statuere posset, ener  
 uatū esset p̄ magna parte quicqd̄ nos de primatu summi pō  
 tificis, aduersus Lutherū iā pridem disseruim⁹. Quāq̄ igif  
 erat nobis molestissimū, q̄ belli nūc instantis occasione, tam  
 diu libell⁹ n̄ a prelo dilat⁹ esset, letabamur tñ haud mediocri  
 ter, q̄ nō pri⁹ e manib⁹ exiisset n̄ris, q̄ erroris hui⁹ cōuellendi  
 data fuisset occasio, ne si forsan in eorū (q̄ lecturi sint) animis,  
 radicē is error, aliq̄ pri⁹ egisset, minor ob id n̄ris collectiōib⁹  
 fides adhiberet. Enitemur igif p̄ virili n̄ra, q̄ breuissime po  
 terim⁹, hūc errorē cōuellere, quē ille plurib⁹, & imodicis calū  
 nijs firmare, totis virib⁹ est molit⁹. Nec dubitam⁹, quin maxi  
 mis & clarissimis autorib⁹ aptissime cōstabit, Petrū diu sedi  
 sse Romæ, q̄s & iferi⁹ i mediū afferem⁹. Neq̄ mireris lector,  
 quū res hæc adeo manifesta fuerit, q̄ q̄sq̄ tā impudēs reptus  
 sit, q̄ tā audacissimi ne tueri cōtrariū nihil erubescit. Nā tanta  
 iā est Lutheranorū insania maliciaq̄, vt nihil vsq̄ adeo v̄ita  
 tis est expers, qd̄ illi nō ausint asserere, mō ptāti Ro. Pon. ad  
 uerlet, nimirū vt ita, suis hæresib⁹ aliquē obcucere fucū quæ  
 ant. Sed recte Paulus ad T̄nimotheū p̄dixit, eorū amentiam  
 tandē oibus fore notā. Et p̄fecto vix vlla re pōt fieri notior,  
 q̄ quū id statuere moliant, qd̄ aduersus oēs, q̄tquot hacten⁹  
 scripserit, siue græcos siue latinos, sacrosve aut p̄phanos ap  
 tissime pūgnat. Vt vtiq̄ verear ne p̄pediē exurgat ali⁹, q̄ ne  
 get etiā Christū fuisse passum, qd̄, cur dixerim, inferi⁹ appa  
 rebit. Ceterū ei⁹ Calumniæ iā a nobis refellentur, quæ certe  
 nihil aliud q̄ mera sophismata sūt, qd̄ & æquo lectori cuiuis,  
 perspicuū facere nihil dubitamus.

SEQ VITVR LIBEL, CONFVTANDVS.



Libelli cōuellē  
di titulus,

IN HOC LIBELLO GRAVISSIMIS, CERTIS-  
simisq; & in sacra scriptura fundatis rationib<sup>9</sup> varijs proba-  
tur, Apostolū PETRVM Romā nō venisse, neq; illic pas-  
sum, proinde satis friuole, & temere Romanus Pontifex  
se PETRI successorem iactat, & nominat, &c.

Verba Veleni,

LIBER hic duas habet pticulas, quarū prior decē & octo  
cōprehendit psuasiones, q̄ PETRVS nunq̄ post Chri-  
sti passionē Romæ fuerit, & q̄ Hierosolymis & non Ro-  
me passus sit.

ALTERA particula septē habet cauillos, quibus Roma-  
na Curia illis psuasionib<sup>9</sup> occurrere cōsuevit, quib<sup>9</sup> tamen  
vicissim septē correspondent responsiones, eos non aliter  
atq; rudera quædam dissipantes.

### PRIMA PERSVASIO.

**Q**UUM diligētissime euoluerim q̄tq̄t ad ma-  
nū fuerant historicoꝝ, ac Theologorum,  
eosq; nō infimæ cōditionis libros, de aduē-  
tu Petri Romam, de passionē & authore  
mortis ipsius, nihil aliud, quā meras cōtro-  
uersias illic reperire potui, cū nemini fere  
cū altero satis conueniat, sed qlibet suū pferat iudiciū, vel  
hoc solo suspectū, q̄ a cæteris dissentiat oibus. Et vt paucos  
cōmemorem e multis. Quidā in exordio imperij Claudij  
Petrū Romā venisse cōtendunt, quorū e numero est Oro-  
sius historicus nō trivialis. Quidā anno Claudij scđo, & il-  
li sunt Hieronymus, & qui suæ innitunt authoritati. Qui-  
dā anno eiusdē imperij quarto, atq; est liber ille, qui tpm hi-  
storias, ceu fasciculo quodā cōprehendit. Præterea ab his  
oibus dissentit liber ille, q̄ sanctorū vitas enatrat, & cōiter  
Passionale nominat. Is em̄ anno post passionē Christi, Pe-  
trū Romā applicuisse testat, q̄ quidē ann<sup>9</sup> tredecimus fuit,  
flet imperij Claudij. Silit̄ q̄ annos mūdi, & annos ab vrbe  
cōdita recēsent, vsq; ad aduentū Petri Romā, vel ei<sup>9</sup> passi-  
onē, q̄ mutuo pugnent, nemini obscurū est, qui mō Ennea-





des Antonij Sabellici, historiã Pontificũ Platina, ipsumq;  
Orosiũ viderit. Quã quidẽ diuersitas, & si nil aliud esset  
testimonio, suspectũ tñ petri Romã aduentũ redderet, &  
falsam hãc pbaret cõiecturã, q̃ Petrus vnq̃ Romã fuisset  
Quã tñ adeo inualuit, vt tot sæculis, qui ei reclamare au-  
sus fuisset, habuerit adhuc neminẽ. Et parũ abfuit, ne Ro-  
manensiu aulicorũ tyrannis, in fidei articulos eã retulerit,  
vt qđ nulla ratione, pbari potest, sola necessitate credi vi-  
deat. Accedit ad hãc, licet neuter historicoꝝ cũ altero sen-  
tiant, tñ aduersus legẽ Christi, quasi ex cõposito oēs decer-  
tant, vt vel hoc vnũ vanas eorũ fabulas ac deliramẽta pdat  
qđ cũ Paulo Apostoloꝝ oim in scribẽdo locupletissimo,  
cũ Luca Euangelista simul & Apostolicarũ actionũ histori-  
ographo, inexcusabiliter cõtendant, vt inferiº liquido pro-  
babitur. Si nulla est sacrae scripturẽ adstipulatio, qua id cõ-  
firmari possit, & tã remota historia adeo confusa est, & fal-  
lax, non stulte Petrũ nunquã Christi post passionẽ Romẽ  
fuisse credit. Alioqui si illic eũ aliqñ fuisse verũ esset, vero  
oia (dicente philosopho) cõsonarent. At dissonante lege,  
dissidentibº mutuo historicis, quis nisi emotæ mentis verũ  
hoc aliqñ putauerit. Quãta sit em̃ in tã vetustissimis rebº;  
tã remotæ historiæ fides, argumẽto est Barptolomæus ille  
Platina, qui Ro. Pontificũ res gestas describens, ac multo  
etiã posteriora istis tpa tractans, sapius cõqueritur variati-  
onẽ historiæ, maiorũ neglectũ, tpm pturbationẽ, quibus di-  
strictus, nihil interea affirmare audet. Nempe, si Petrº Ro-  
manorũ fuerat episcopus, dicant quẽ sibi successorẽ nomi-  
nauerit; & quis in locũ ipsius fuisset susceptus; Si Linũ dix-  
erint, latinorũ turba obiter reclamabit, quoue id pbet, diẽ  
dicet, immo & Græcorũ plurimi in hac causa latinos nõ de-  
stituent, Chrysostomo in secundã ad Thimotheũ epistolã  
dicente. Hũc Linum, aiunt quidã, secundũ post Petrũ Ro-  
manæ ecclesiæ Episcopũ fuisse. Donatus & Terentianus  
interpres inquit, aiunt vsurpatur de re incerta, quã nos di-  
cimus esse falsam. Sin autẽ Clemẽti hic honor dabitur, qđ  
multis placet, plures adhuc erũt, qui id improbent, & hanc  
gloriã erga Linũ reponant, Clementẽ nõ primo nec secun-



do, sed tertio gradu primū, post Petrū statuētes. Deīn P<sup>o</sup>  
ne Anicetū, vel Anicetus P<sup>o</sup> p̄cesserit: Urban<sup>o</sup> sub Dio-  
cletiano ne, vel sub Aurelio Antonio degerit: Cornelius  
sub Gallo, an sub Volufiano, vel forte Decio passus sit: hi-  
storia variat, nec aliqd certi de his rebus definiri pōt. Nec  
mirū, si & multo his posteriora tpa, eorūq; gesta, adeo sunt  
historicorū figmentis deprauata, vt nemini post hac itegrū  
sit res grauiorē eorū libris tueri, siquidē id meretur (vt ha-  
bet prouerbiū) mendax, ne si v̄a tandē dixerit, ei credatur  
Porro si ne Theologi eadem hic sentiunt, falsitas exinde il-  
loꝝ emergit. Discordia em̄ in scriptorib<sup>o</sup>, vt dixit ille, testi-  
moniū est falsitatis. Immo Augustin<sup>o</sup> v̄itatē ex eo cognos-  
ci docet, si scriptores cōcorditer in ea cōuenerint, neq; vn<sup>o</sup>  
dissentiat ab altero, v̄a plurib<sup>o</sup> plurimi. Et idē Augustin<sup>o</sup>,  
cū in multis alijs locis ad Hieronymū, & Fortunatū, tum &  
hic ad Vincentiū, de quorūlibet etiā sanctissimorū hominū  
scriptis loq. Hoc genus (inquit) literarū, ab autoritate Ca-  
nonū distinguendū est, non em̄ sic legunt, tanq̄ ex eis ita te-  
stimonія pferantur, vt cōtra sentire nō liceat. Et non The-  
ologis duntaxat, in eiusmodi reb<sup>o</sup> ex sacra scriptura nō de-  
ducibilibus, & ex eorū varietate dubitabilib<sup>o</sup> credere non  
adstringimur, sed nec ecclesie quidē, vt Thomas in qd̄ libe-  
tis disputat. Eapropter, ad hūc modū sermonē claudere li-  
cet, q̄ Petrus nunq̄ post passionē Christi Romæ fuerit, de  
cui<sup>o</sup> aduētū illuc, diuina scriptura silet, historia secum diu-  
riat. Doctores minus digni sunt, quam quibus hic credat,  
p̄sertim dum ita mutuo disceptent.

#### CALVMNIAE PRIMAE SVMMA.

Scriptores hac de re nō cōsentiunt. Orosius exordio im-  
perij Claudij id cōtigisse scribit. Hieronym<sup>o</sup>, anno Clau-  
dij scđo. Falcicul<sup>o</sup> tpm̄ anno eiusdē quarto. At is demū,  
q̄ sanctorū vitas collegit, accessum Petri Romā fuisse cōten-  
dit, anno Claudij tredecimo. Sed & de Petri successore non  
min<sup>o</sup> variatū ē, qdā em̄ Linū Petro p̄ximū faciūt, qdā Clemē-  
tē, nōnulli Clementē quartū a Petro locant. At si verū esset,



Petrū fuisse Romę primū Pontificē, neutiq̄ eēt inter histori-  
cos discordia tanta,

### RESPONSIO.

**C**Vi calumnię respondemus, q̄ ad hunc modū plurima  
q̄ ab historicis tradita sunt & sane q̄ verissima, facillī-  
mē tñ falsa esse cōvinceremus, quā nihil apud histori-  
cos delyderet magis, q̄ tpm cōcordia. Facile quūvis tamen  
circūspectissim⁹ fuerit, labi tñ potest in temporū supputatio-  
ne. Quę res, vt de pphanis historijs taceā, in sacris abunde  
cōspici potest. Nā q̄s (q̄ tñuis arte supputandi fuerit exactissi-  
mus) hebręorū historias a latinorū cōquadrabit. Nā vt exē-  
pli grā nō nihil afferā LXX, interpretes haud paucos ānorū  
centenarios, supra v̄itatē hębraicā accumularūt, quę admo-  
dū lectori cuius facile sp̄siciū erit. Sic em̄ Genesis, xi. legit̄  
iuxta v̄itatē hebręicā, vixit Arphaxat xxxv, annis, & genu-  
it Sale, quū tñ in Septuaginta, sic habeat. Arphaxat centum  
triginta quinq; annorū, genuit Chaynan, Chaynan v̄o, cētū  
triginta annorū, genuit Sale. Ecce hebręis inter Arphaxat  
& Sale, triginta quinq; anni dūtaxat interponūtur. At his, in-  
pretes septuaginta (q̄s latini sequūtur) adiacerūt ducētos tri-  
ginta. Sed neq; Sale genitū ab Arphaxat tradūt, sed a Chay-  
nan, & Chaynan ab Arphaxat. Quib⁹ & Lucas in euange-  
lio subscribit, vt Lucę tertio videre licet. Nec hoc loco solū  
ita variatū est, sed i alijs plarīsq; vt in gñatione Enos ex Seth  
in gñatione Malalehel ex Chaynan, & in gñatione Iared ex  
Malalehel. Et q̄q̄ tāta legatur in annorū numeris discrepātia  
nemo tñ orthodoxus de historie v̄itate secū animo vacillat.  
Ad hęc, quis vnq; locū de Septuaginta Danielis ebdomadi-  
bus sic explicuit, vt cū ijs tpibus (quę ceteri digesserunt) con-  
gruere faciat; Videre licet apud Hieronymū, q̄ varie suda-  
tū in hoc negocio sit a plurib⁹, qui tñ inter se mire dissident.  
Recenset em̄ in cōmentarijs apud Danielē, quid African⁹,  
egregius temporū scriptor, hac de re senserit, quid Eusebius  
pamphili iuxta triphariā opinionē differuerit, quid Hippo-  
litus, quid Appolinarius, quid Clemens, quid Origenes, qd  
Tertullianus, quid demum ipsi Iudęi doceant. Nec istī mo-  
do, verum etiam recentiores inter se plurimum discrepant.

In temporū su-  
pputatiōe vari-  
etas nō modica

Hebręorum et  
Latinorū in tē-  
porū supputa-  
tiōe discordia.  
Geneleos, xi,

Lxx, interpre,

Lucę, iij,

Danielis ebdō,

Hieronymus

Africanus  
Eusebi⁹ pāph,  
Hippolitus  
Appolinarius,  
Clemens,  
Origenes,  
Tertullianus,



Lyrensis  
Burgensis  
Annius,

Opinionū vari  
etas in supputā  
do tēpore passi  
onis Christi,

Tertullianus

Appolinarius,

Lactantius,  
Orosius,

Ignatius,

Chrysostomus,

Beda,

Augustinus,

Pugnat em̄ cū Lyra Burgensis, & ab vtrisque dissentit Annius. Et quācūq; isti sic inter se dīgladientur, danielem tamē oēs vera scripsisse nihil hæsitamus. Deniq; christū ipsum seruatorē nostrum, nec mortem pro nobis obiisse credemus, si diuersa scriptorum supputatio, sententiāq; discors eius rei fidem nobis auferre possit. Nam & inter graues autores, nec parua quidem est hac de re controuersia, Quidā enim anno trigésimo christū passum affirmāt, alij trigésimo secūdo alij trigésimo tertio, complures trigésimo quarto, nonnulli deniq; quadragésimo sexto.

**TERTULLIANVS** primū in eo libro (quē aduersus iudeos scribit) asserit, christum anno Tiberij Cæsaris decimo quinto fuisse passum, hoc est, quum annos haberet ille quasi. xxx. Idē sentit & **APPOLINARIVS** autore Hieronimo super danielem.

Conuenit & **LACTANTIUS**, atq; paulus Orosius. oēs hi decimo quinto Tiberij, Christū asserunt fuisse passum **IGNACIUS** autem et ipse coteremporaneus apostolis, christum, quum esset annorū triginta, fuisse baptizatū putat, & treisānos vltra docuisse. Sic em̄ in eplā ad Trallianos scribit Triginta annos agens christus, baptizatus est a iōāne, & tribus annis prædicauit euangeliū.

Cui subscribit itē **CHRYSOSTOMVS**, homilia decima super Math. his verbis. Post triginta annos christus iesus venit ad baptisimū, legem veterem soluturus. Quod si cōpletis annis. xxx. venerit ad baptisimū, iā oportet, vt trigésimo quarto, aut quinto, crucē sit perpassus.

**BEDA** tamē & in exordio trigésimi anni baptizatū supputat, ac deinde supra triginta, vixisse treis annos cum tribus mē sibus. Sic enim libro de temporibus ca. xlvij. scribit. Habet enim, ni fallor, ecclesiæ fides, dñm in carne paulo plus quā triginta treis annos vixisse.

**AVGVSTINVS** vero, & qui cum eo sentiunt, opinātur cristū in exordio anni trigésimi baptizatū fuisse, & āno sub inde tertio, fuisse passum. Sed & idem Augustinus libro de doctrina christiana secundo, scribit, q̄ ignorantia consultius, quo natus, vel quo passus est christus, nonnullos cecigit



errare, vt putarēt quadraginta sex annorū ætate passum il-  
lū fuisse, iuxta numerū annorū quibus ædificatū erat tem-  
plū, quod & dñici corporis imaginē tenet, Ecce quanta sit  
opinionū varietas, in supputando tpe necis christi, vt nihil  
mirū sit, si de morte Petri fuerit ab autoribus variatū. Cæ-  
terū q̄q̄ inter scriptores tāta sit cōtrouersia, nemo tamē ob  
hæc, negat Christū p nobis obijisse, nec sup hui⁹ rei fide tre-  
pidat quouismō. Qd̄ & similiter de Petri pōtificatu Ro-  
mæ gesto, par est omnino sentiam⁹. Quum em̄ ex tot scri-  
ptoribus nemo vnq̄ aut scripserit, aut senserit contrarium  
quin Petrus Romæ fuisset, sed oēs id cōcorditer asserant,  
& q̄ Romæ sederit annos plurimos, impudentissimū erit,  
vt (si qua fuerit inter eos pro annorū supputatione discor-  
dia) quisq̄ ob eā rationē ausit affirmare, Petrū nunq̄ accessi-  
sse Romā, Et hæc pro calumnia prima cōfutanda, sufficiūt.

Ignorantia cō-  
sulatus quo na-  
tus, vel quo pa-  
ssus est Christ⁹  
nonnullos coe-  
git errare.

### SEC Vnda PERSVASIO.

• PETRVM Romā venisse in exordio vel secūdo, vel  
• quarto imperij Cæsaris Claudij, hoc est octauo, nono vel  
• vndecimo post passionē Christi anno dicētes, eorū impri-  
• mis refellit opinio, qui Petrū in oriente quinq̄, vel secūdū  
• alios, septem annis sese cōtinuisse, tandē Anthiochiam di-  
• uertentē, septē annis in episcopali sede resedisse, & in Pon-  
• to, Galatia, Bithynia, ac circūiacentibus Asiae puincijs ali-  
• quā moram eū fecisse adstruunt. Non em̄, si id verū esset,  
• Romā venire nisi post quatuordecim, aut quindecim an-  
• nos, hoc est septimo, vel octauo Claudij anno potuisset.  
• Quib⁹ patrocinatur gestorū Apostolicorū scriptor Lucas  
• ca. xv. Cōtrouersia em̄ inter quosdā de hæresi phariseorū  
• ex vna, & Paulū ac Barnabā ex altera parte, de circūcisioe,  
• obseruatione q̄q̄ legalium habita, eas ob res discutiendas, in  
• Hierusalem illi descenderūt. Et factū est consiliū Aposto-  
• lorū, & seniorū, inter q̄s Petro primæ loquēdi porrecte sūt  
• ptes, quanq̄ Iacobi Hierosolymitanorū presbyteri senten-  
• tia oēs tandē subscripserint, eiusq̄ approbauerint oratiū  
• culā. Quæ res manifestat Petrū nondū Romam diuertere

B



potuisse, sed vna cum Iacobo, & quibusdam alijs Hieroso-  
 lymę mansisse, vel forte in ptibus Iudę Christũ aliquãdiu  
 docentem Hierosolymam tunc temporis rediisse. Et tamę  
 multorę est opinio, Hieronymo super epistolã ad Galatas  
 dicente, quod circiter decimũ octauum annum post Chri-  
 sti in cœlũ ascensionem id factum fuisset. Quod facillimũ  
 est creditu, si quis modo seriem rerũ ab Apostolis gestarũ  
 diligentius examinauerit. Cui ergo maior habenda fides,  
 Lucę ne euangelistę, qui rebus ab apostolis factis vel in-  
 terfuerat ipse, vel a Paulo apostolo (cuius indiuiduus fue-  
 rat comes, & quo præsente hanc scripserat historiam) erat  
 edoctus? An istis bellantibus mutuo historicoꝝ, ac Theo-  
 logorũ opinionibus? Quod si id necessario mihi dabitur,  
 vt Claudij primũ nono, aut vndecimo imperij anno Petrũ  
 Romã venerit, & ibidem viginti quinq; annis Episcopatu  
 tenuerit, iam non a Nerone, sed Vespasiano potius marty-  
 rium passus fuisset, quod neminẽ adhuc vnq; vel dixisse,  
 vel scripsisse comperi. Et hinc manifestariũ est, ad nonum  
 Claudij annũ Petrum Romam venire non potuisse.

#### SECUNDÆ CALVMNIAE SVMMMA,

Actuum, xv,

**P**etrus concilio super legalibus habito Hierosolymis  
 interfuit autore Luca, cui merito credendum est magis,  
 quam historicis, & Theologis mutuo dissidentibus.  
 At hoc concilium Hieronimus circiter annum ab ascensio-  
 ne Christi decimum octauum, asserit habitũ fuisse. Quod  
 si verum sit, necessario consequitur, qđ Petrus non ante no-  
 nũ annũ Claudij Romam venerit. Porro si nouẽ illis annis,  
 adieceris, xxv. quibus Petrum aiunt sedisse Romę, iam nõ  
 a Nerone, sed a Vespasiano martyrium fuisset passus, quod  
 adhuc, nemo vel dixisse, vel scripsisse compertus est.

#### RESPONSIO.



**R**espondemus, q̄ hęc calumniā seipsam interimit. Nam  
 quum nemo compertus sit hactenus, qui vel scripserit,  
 vel dixerit, Petrum vltra Neronis tempora vixisse, sed  
 omnes conueniunt illum sub Nerone fuisse passum, nec non  
 & Romę viginti quinq; annis Episcopatum tenuisse, iam ne  
 cessario subinfertur, q̄ diu ante nonum annum Claudij Ro  
 mam venerit, quum ab anno Claudij nono, ad vltimum vsq;  
 Neronis, non plures intercesserint, quam nouemdecim.  
 Claudius enim haud expleuit annos, xiiij, quibus si coniun  
 xeris, xiiij, annos imperij Neronis, summa sit viginti octo.  
 demptis igitur nouem annis Claudij, iam residui sunt, non  
 vinginti quinq; sed nouemdecim dumtaxat. Et quum Hie  
 ronimus horum vtrinq; non semel fatetur, hoc est, q̄ Romę  
 sedit Petrus annis viginti quinq; & q̄ vltimo Neronis cruci  
 fuit idem affixus, constare secum haud quaquā potest, si con  
 cilium illud super legalibus, asserat circiter annum ab ascen  
 sione christi decimum octauum, fuisse celebratum. Nam an  
 nus decimus octauus ab ascensione christi, prorsus incidit in  
 ipsius Claudij nonum annum, quod ex Eusebij supputatio  
 ne manifestum est. Neq; fieri potest (nisi ego vehemēter fal  
 lor) vt quis ab inconstantia, imo repugnantia Hieronimum  
 tutetur, nisi forte dixerit, Petrū huius concilij gratia, ex Ro  
 ma hierosolymam rediisse. Quod si quis opinabitur, palam  
 erit nihilominus hanc calumniā non procedere.

Hieronimus

Petrus Romę  
 sedit, xxv, ānis  
 et passus est vl  
 timo Neronis  
 anno,

### TERTIA PERSVASIO.

**DENIQ; VE** quod ne nono quidem anno illuc veni  
 re potuisset, eiusdem imperij Petrus, Tranquillus in Clau  
 dio est author, qui Christianos tunc temporis Roma fuis  
 se pullos scribit, Claudius (inquit) Iudęos impulsore Chri  
 sto assidue tumultuantes Roma expulit. Vbi Orosius ad  
 dubitat, vtrum contra Christum tumultuantes Iudęos co  
 erceri, & comprimi iusserit, an etiam Christianos simul, ve  
 lut cognatę religionis homines voluerit expelli.



Qui pfecto si vel historiã rerũ gestarũ ab Apostolis, vñ sal  
te Paulinas legisset epistolas, nõ ambigeret Christianos lu  
daeorũ impietate & versutia, Cesarem, ac populum Ro, ad  
vindictã excitante vna cũ eisdem Roma expulsos fuisse,  
Quippe vel Apostolo ad Romanos in epistola id testãte. In  
ter alios nãq; Christianos q̃s saluere iusserat, Salutate (inqt)  
Priscillã & Aquilã, adiutores meos in Christo Iesu, qui pro  
aia mea suas ceruices supposuerũt, q̃s sane nisi Christianos  
Apostolus nouisset, in Catalago salutandorũ Christi fidei  
liũ neutiquã reposuisset. Attũ quõ Iudæus gñe Aquila il  
le fuerat, q̃uis in Christũ vna cũ cõiuge crediderit, nihil o  
minus hunc tñ Lucas in actib⁹ Iudæũ Ponticũ nominat in  
hac ṽba. Post hæc (inqt) egressus ab Athenis Paulus, ve  
nit Corinthũ, & inueniens quendã Iudæũ noie Aquilã,  
Põticũ gñe, qui nup venerat ab Italia, & Priscillã vxorem  
ei⁹. Eo q̃ præcepisset Claudius discedere oēs Iudæos a Ro  
ma, accessit ad eos, & quia eiusdẽ erat artis, manebat apd  
eos & opabatur. Et ne quis dubitet Christianoseos fuisse,  
addit Lucas in calce capi, duodeuigesimali dicens, Iudæ⁹ qui  
dã Appollo noie, Alexandrinus gñe vir eloquẽs, deuenit  
Ephesum potens in scripturis, hic erat doct⁹ viã dñi, & fer  
uens spũ loquebat, & docebat diligenter ea, quẽ sunt Iesu,  
sciens tñ baptisma Ioãnis, quẽ cũ audisset Priscilla, & Aqu  
ila, assumpserunt eũ, & diligentius exposuerunt ei viã dñi.  
hac Lucas ad ṽbũ. Et totũ hoc caput declarat Priscillã, &  
Aquilã Christianos ex Iudæis factos, Roma vna cum alijs  
expulsos fuisse. Quod iterũ docent Paulinæ literæ, quas  
nouissime iã vbi tempus resolutionis suæ p̃pinquauerat,  
ad vnice dilectũ discipulũ Timotheũ suũ miserat. Saluta  
inqt Priscillã & Aquilam. Vnde nõ solum Christianos,  
sed syncerissimos quoq; Christianos eos fuisse constat, vt  
pote q̃s Apostolus data mō occasione nũq; non salutabat.  
Nihil hic moror, qd̃ Stapulensis tam in hac ad Thimothe  
um, q̃ ad Romanos epistola innouat, verba apostolica ad  
hunc modum exponens, salutat vos Priscilla & Acyla, vel  
Prisca & Acyla, Origenem, Chrysostomũ, Ambrosiũ, &  
tot doctũssimos alios interpretes, imo & veterẽ ipsam tra



ductionē, cui in hac parte ERASMVS nihil derogat,  
hic sequi malo. Quid restat igitur dicere, q̄ Petrū ad no-  
nū vsq; Claudij annū Romam non venisse? Qui enim il-  
lac venire tunc potuerit, cum ceteri oēs cum Iudæi, tum  
Christiani inde pellerentur, & in tantum stomachare Ro-  
ma? Qui si posthac Romam aliquādo venerit, ac viginti  
quinq; illic delituerit annis, Vespasiano eius imputaretur  
martyrium, quod de tam benignissimo erga omnes princi-  
pe credere nephās est, & nemo est omnium, qui hoc affir-  
mare audeat.

### TERTIAE CALVMNIAE SVMMA.

**C**laudij temporib⁹, circiter annū imperij eius nonū,  
eiectione sunt ab vrbe Iudæi, simul & Christiani, qd̄ ex  
Tranquilli pariter & Orosij constat historijs, vna cū  
Apostolorū actis. Testantur enim acta, Priscillam, & Aquilam, qui non Iudæi modo, verum etiam Christiani fuerūt,  
Roma per Claudium expulsos fuisse, quibus & se cōmen-  
dat Paulus, semel ad Timotheum scribens. dū Roma pul-  
si diuersarentur in Epheso, atq; iterū quum scribit ad Ro-  
manos, illis tum Romam ab exilio reuersis. Non potuit  
igitur ante nonum annum Claudij, Petrus venisse Romā,  
vnde Iudæi simul & Christiani pellebantur, quum palam  
sit Priscillam & Aquilam & Iudæos, & Christianos fuisse.

Actuum, xviiij.

ij. Timo, vlti.

Roma, vltimo

### RESPONSIO.

**R**espondemus, q̄ hac Calumnia nullius omnino mo-  
menti est, atq; id quidem plariscq; nominibus. Pri-  
mum, quia fieri potuit, vt quanquam aduersus Iudæ-  
os atq; Christianos edictum eiusmodi fuisset promulga-  
tum, vt Petrus, vel amicorum fauore, quemadmodum fe-  
re fit in eiusmodi negocijs, vel quia mortem nō metuisset,  
Romæ nihilominus contineretur. Deinde, nec Tran-  
quilli verba vidētur aliud quicquam efficere, quam q̄ im-

Hæc Calumnia  
quatuor rōni-  
bus cōfutatur,  
Prima,

Secunda,



Tertia,

Quarta,

Petrū āno clau  
dij quarto Ro  
mam venisse,

pulsore Christo, Iudæos assidue tumultuantes, e Roma  
Claudius reppulisset. At Petrus nec ex illis erat, qui sic  
tumultuabantur, nec is, quem Christus ex vrbe voluit eij  
ci, imo contra potius, Euangelij docendi gratia, voluit in  
vrbe commorari. Tertio, si Priscilla & Aquila discessi  
ssent ex vrbe metu Claudij, non ideo protinus conficitur,  
q̄ cæteri quicq̄ parem habuissent metum, & q̄ nullus om  
nino Iudæus remansisset in vrbe. Quarto, vt donemus  
Petrum inde cum cæteris fuisse pulsum, nihil tamē hæc ar  
guta prohibet, quin Petrus ante potuit venisse Romam.  
Quamobrem & aduersarius ineptissime colligit, inqui  
ens. Quid restat igitur dicere, quam Petrum ad nonum  
vsq̄ Claudij annum Romam non venisse. Neq̄ enim  
oportet, vt si nono anno Petrus Romam non venisset,  
neq̄ proinde potuit ante nonum illuc accessisse. Nos em̄  
ante nonum, ipso videlicet anno Claudij quarto, non du  
bitamus illum aduenisse Romam. Quam rem pluribus  
illustrum autorum testimonijs, mox ostensuri sumus.  
Sed ista iam sufficiunt,

#### PERSVASIO QVARTA.

PERGAMVS iam eo ordine ostendere, ne ad vige  
simum quidem annum post Christi passionem, vel in cœ  
lum ascensionem Petrum Romam venire potuisse. Qd̄  
ex verbis discipuli, a suspicionem apud Galatas sese purgā  
tis clarissimum est. Dicit enim in ea quam ad Galatas de  
derat epistola, non a quopiam hominum, sed solo Christi  
munere, euangelicum mysterium sibi contigisse. Et quod  
dixerat, ne cuiquam videretur falsum, probat inquires post  
miraculosam suam ad fidem Christi conversionem, nō in  
Hierusalem ad Apostolos se declinasse, sed protinus Ara  
biam abiisse, tādē iterato Damascum repetisse, & tum  
tertio loco primum tribus reuolutis annis, Hierosolymam  
videndi Petri gratia transmigrasse. Deniq̄ post quinde  
cū dies postquam Petrum & Iacobum fratrem domini



vidisset, dicit q̄ iterum Hierosolimam reliquit, ac in par-  
tes Syriæ, & Ciliciæ deuenit. Deinde assumpto Barna-  
ba & Tito, post integros quatuordecim annos, rursus  
Hierosolimam rediit, quo Euangelium, quod in gentibus  
prædicauerat, cum his qui Apostolorum videbantur Co-  
lumnæ cōferret, & iterum Petrum vna cum Iacobo, & Io-  
anne illic reperit. Et sic certum est totis illis septemdecim  
annis Hierosolymis, & in collimitaneis regionib⁹ Petrum  
sele continuisse, nec vnquam Romam recessisse. Additis  
enim quatuordecim annis, quibus Hierosolimam reuene-  
rat, ad annos tres quibus proxime post conuersionē suam  
visitauerat Hierosolimam, decem & septem anni proue-  
niunt. Demū postquā Petrus aliquādiu citra Paulū mo-  
raretur, Antiochiam veniens in eum incidit, quē ille acerri-  
me illic obiurgauerat, & eidem in faciem restitit, eo q̄ nō  
recte ambulasset ad veritatem euāgelij, & simulationi nō  
modo ipse fuit obnoxius, sed ad hanc alios quoq; iam tum  
pertraxerit. Dixi (inquit) Cephæ coram omnibus, si tu cū  
Iudæis gentiliter viuis, & non iudaice, quomodo gētes  
cogis iudaizare? Inter quam reprehensionē Petri, & pristī-  
nam eorum ab inuicē discessionem aliquid t̄pis certe inter-  
uenerat. Ad hæc, post Christi ascensionem, non mox Pau-  
lus Christum agnouit, nimirum qui dum Stephanus saxis  
obrueretur, enecareturq; assistens, mortem ipsius in deli-  
cijs habuerat. Dicitur enim Actorū septimo. Testes autē  
deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui  
vocabatur Saulus. Et solusmet inferius ca. xxij. ad Christū  
queribundus loquitur. Cum funderetur sanguis Stephani  
testis tui, ego astabam, & consentiebam, & custodiebā ve-  
stimenta interficientium illum. Vide quam hoc temp⁹ ab  
ascensione Christi, ad vsq; obiurgationē Petri Antiochiæ  
a Paulo factā facile viginti etiā annos superet, quib⁹ tamē  
Petrum certū est Romæ nondum fieri potuisse, quamuis  
nec postea vnq; illic fuerit. Verum dem⁹ hoc aduersarijs,  
quod Petrus anno vigesimo Romam appulisset, iā ad tre-  
decimū vsq; annū imperij Claudij ille aduentus progaret.



Quod si huc trahatur viginti quinque anni, quibus Roma-  
 na moderatus est ecclesia, interim Vespasiani temporis ei-  
 mors irrogaretur. Quod omnes omnium historicorum libri ut  
 falsissimum auersantur. Producamus huc Romanorum im-  
 peratorum tempora, quo res fiat euidentior. Lucas euange-  
 lij sui cap. tertio, anno imperij Caesaris Tiberij quindecimo  
 Christum dedit verbum dei predicare incepisse, qui tandem  
 post tres annos, & aliquot menses predicationis suae mor-  
 tem sustulit, anno eiusdem imperij decimo octauo vel ultra,  
 Tiberio post passionem ipsius annis tribus imperante, post  
 hunc Caius Galligula annis tribus, mensibus decem, & octo  
 diebus imperans vita functus est. Claudius anno quatuor  
 decimo imperij moritur. Nero totidem annos in imperio ex-  
 plesse dicitur. Otho Syluius infra nonaginta quinque dies  
 imperium alteri cessit. Aulus Vetellius octo mensibus im-  
 perauit, post hunc Vespasianus decennio Romanis sese im-  
 peratorem praestitit, sub quo Christiani pacifice Romae dege-  
 rant, nullis ab eo vexati persecutionibus. Quae igitur ini-  
 quitas in tam benignissimum principem hanc reicere iniuriam, tamquam  
 ille Petri interfecto aliquando fuerit.

#### Q V A R T A E C A L V M N I A E S V M M A

Actuum, vij.

Supputat aduersarius annos viginti, priusquam Petrus post  
 Christi ascensionem Romam accedere potuit. Nam ut ait,  
 aliquantum temporis intercessit ab ascensione christi, pri-  
 usquam Paulus conuersus esset ad fidem, quum legitur ipse vel adu-  
 lescent illorum seruasse vestimenta, qui Stephanum lapidabant.  
 A conuersione vero mox concessit Arabiam, ubi non nihil  
 moratus, damascum repetiit. Inde post annos tres accessit hiero-  
 solymam, Petri videndi gratia, apud quem & mansit dies  
 quindecim. Rursum ex hierosolyma reuersus, & per agratis  
 regionibus Syriae, Cyliciaeque, post annos quatuordecim rediit  
 hierosolymam, ubi negocium de legalibus praesente Petro  
 tractabatur. Post haec, & non nihil temporis interuenit, an-  
 teaquam Paulus Antiochia Petro in faciem restitit. Haec omnia tem-  
 pora, si quis in vna summam colligat, conficietur annorum numerus.



circiter viginti. Quamobrem consequitur, vt ante vigeli-  
mum annum Romam accedere non potuit.

### RESPONSIO.

**R**espondemus primū, q̄ inter Pauli conuersionē, & tē-  
pus illud, quo Paulus denuo Hierosolymā ascenderat,  
quod nimirū erat quum super legaliū obseruatione cō-  
ciliū agebatur, nō potuerūt anni plures, q̄ quatuordecim in-  
teruenire. Quod nec Hieronim⁹ ipse negabit, mō cæteris Hieronymus  
(quę ab eo nec semel asserta sunt) stare voluerit. Nā ipse Hie-  
ronimus hæc tria fatef. Primū, q̄ vltimo Neronis anno Pe-  
trus & Paulus Romæ necati sunt. Alterū. q̄ Petrus, priusq̄  
ita pateref, annis viginti quinq; Romæ sedit. Tertiū, q̄ inter  
ascensionē Christi & postremū Neronis, nō plures anni flu-  
xerint q̄ xxxvij. Qui fiet igitur, vt vltra quatuordecim an-  
nos a Pauli cōuersione conciliū ipsum destiterit, quum anni  
xxv. quatuordecim adiuncti, plures annos conficiant quam  
xxxvij. Quāobrem & posteriores illos quatuordecim annos,  
quorū ad Galatas meminit Paulus, nemo velut a prioribus Galatas, ij,  
omnino diuersos, supputare debet. Nō recte igitur anni illi  
quatuordecim, quasi prorsus a tribus illis priorib⁹ diuersi nu-  
merantur, sed illoꝝ supputatio mox a conuersione Pauli su-  
mit exordiū. Nā inter Pauli cōuersionē, & conciliū illud ha-  
bitū super legaliū obseruationē, quatuordecim anni dūtaxat  
interuenerunt, vt mox palam ostensuri sumus. Neq; obstāt  
nobis v̄ba Pauli ad Galatas, quum illic nō id agit Paulus, vt  
annos vitæ supputet, sed vt ostendat se nihil ab hoibus didi-  
cisse, qd̄ de Christo doceret cæteros, nec sibi vllam cū Apo-  
stolis tantilli t̄pis fuisse cōsuetudinē, vt ab eis in euāgelio po-  
tuisset erudiri. Confitef igit̄ ingenue Paulus, se bis conueni- Paulum bis Pe-  
trū conuenisse,  
sse Petrum, semel, q̄n non vltra quindecim dies apud eū mā-  
sit, intra quod t̄pis spaciū, cōsummatam aliquā eruditionem  
nequiuit assequi. Atq; iterum, q̄n cū ipso cōtulit euāgelīū,  
qd̄ inter gentes quatuordecim annos ante prædicabat Qd̄  
& ideo fecit, vt Galatæ certū haberent, se non ab Apostolis  
euāgelīū Christi didicisse, quū tot annos ipsum antea pub-



lice docuisset, Cōsequitur igitur, vt si firmū sit (quod oēs cō-  
corditer asserūt) Petrū videlicet annis, xxv. Romæ sedisse,  
q̄ ip̄m cōciliū p̄ legalib⁹ habitū, nō vltra quatuordecim an-  
nos a cōuersiōe Pauli distare potuit, nisi forte quis dixerit,  
vt supra memorauim⁹, q̄ Petrus postq̄ aliq̄ diu māssisset Ro-  
mā, Hierosolymā eius cōciliij gratia reuersus fuisset, nimirū  
vt in negotio tā arduo satisfaceret iudæis. Et qd̄ vetat illud  
opinari, q̄n̄ nihil, aut in sacris, aut i prophanis literis, huic rei  
palam cōtradicit, Sed & multo satius esset modū aliquē iue-  
nire, quo tot autores, si fieri possit, inter se cōciliantur, q̄ sen-  
tentias eorū temere cōdemnare, præsertim cū in hoc, oēs cō-  
sentiant, non latini solū, verum etiā græci. q̄ Petrus haud du-  
bie, Romanus aliq̄ diu fuisset Episcopus Perspicuum igitur  
est, calumniam istā null⁹ roboris esse, quum omnino cadat,  
siue dixerimus non esse recte supputatum, seu, si recte sup-  
putatum sit, nihil tñ scripturis repugnare Petrum e Roma  
Hierosolymā rediisse. Sed hæcenus vt calumnia reiiciatur,  
fatis opinor est dictum.

#### PERSVASIO QUINTA.

SVB hæc, neq̄ tunc t̄pis q̄n̄ Paulus Romanis scripse-  
rat Petrū Romæ fuisse, hæc ipsa ep̄la ad Romanos porre-  
cta argumēto est, quā quidē satis longo t̄pe ab Apostolo  
nō fuisse descriptā cōstat. In qua ipse, vt Origenes memi-  
nit, oibus nūeris absolutior fuerat, quā dū Corinthijs scri-  
pserit, Et iccirco post vtrūq̄ ad Corinthios ep̄lam hāc scri-  
ptā fuisse, cōtendit Origenes, Athanasius & o, & post pri-  
mā q̄q̄ ad Thessalonicenses, attñ alterā ad Corinthios, nō  
mox post eā q̄ prior est, exarauit Apostolus. Si quidē i ea  
q̄ prior est, incestū quendā Corinthiorū ecclesiæ seniore[m]  
qui cū vxore patris rem habuerat, acriter taxat, & ex vni-  
tate fidelīū emācipandū p̄cipit, huncq̄ spiritui maligno in-  
ptatē tribuit, mō sp̄s in diē dñi Christi Iesu salu⁹ fieret. In  
altera & o, postq̄ ille resipuit, ac admissum digna cōpuncti-  
one, atq̄ p̄nitentia defleuit, rursum vnitati, mēbrorūq̄  
Christi cōmunioni restitutus est. Actandē post missas ad



6 Tesselonicenses lras, vbi ia tertio Corinthu venerat, per  
6 Phebē Cencherēse m femina ad Romanos eplam direxit,  
6 in cui<sup>9</sup> calce multos fratru noiatim saluere iubet, & q pri  
6 de illi<sup>9</sup> opa in Christu crediderūt, & qui quapiā in eū dex  
6 teritate vli sunt. Tū q ecclesie illius antistites, ac seniores  
6 fuerūt, veluti Narcissum, Andronicū, Iuliā, Priscillā, & Aqu  
6 lam. Qui igit fieri potuit, si Paulus Petru tunc Romae fu  
6 isse credidisset, vt digna hūc salutatione nō dignaret, cu  
6 ius ille obseruantissim<sup>9</sup> esse, & nihil honoris ei nō deferre  
6 pro sua canicie, & apostolat<sup>9</sup> honestate debuerat. Sed ine  
6 luctabilis hāc est ratio, Petru Romae tunc tps non fuisse.  
6 Faceat ergo vafritia Romana hanc sibi gloria ambire,  
6 nihil em aequē fallum est, atq; hāc arbitraria aestimatio.

#### CALVMNIAE Q VINTAE SVMMA.

**P**Aulus literis suis ad Romanos, cōplures ex fratrib<sup>9</sup> no  
minatim saluere iubet, & p̄sertim ecclesie ipsius Antis  
tites ac seniores, veluti Narcissum, Andronicū, Iulian  
Priscillā, & Aquilā. Qui potuit igit fieri, si tunc Petru fui  
sse Romae credidisset, vt digna hūc salutatione non digna  
retur: cui<sup>9</sup> ille obseruatissimus esse, & nihil honoris ei non  
deferre, p sua canicie, & apostolatus honestate, debuerat.  
Qm igitur hāc Epistola ad Romanos posteri<sup>9</sup> scripta fue  
rat, q; vel vtraq; ad Corinthios, vel illa, q ad Tesselonicen  
ses prior est, oportet vt nō adeo tempestiue Romā Petrus  
venerit, atq; praedicatur a multis. Manet igitur ineluctabilis  
hāc ratio, Petru Romae tunc temporis non fuisse.

#### RESPONSIO.

**Q**Uamq; hāc ratio (quam aduersarius ineluctabilē vo  
cat) nemini non p̄spicua sit, vel ob id omni robore ca  
rere, q; ex negatiuis proficiscatur, nos tamen alijs mo  
dis eam diluere conabimur. Fieri quidē potest, quū ex alijs  
causis, quas hi soli norunt, qui paulo ipsi fuerant consuetu  
dine quadam intimiores, tum ex ijs, quas mox dicemus, vt  
quum ad Romanos Paulus scripserit, compluresq; saluere  
iusserit, Petrum tamen haud nominatim salutarit.



i, Timo, ij,

Et primū, quia nec id facere cōsuevit in alijs eius epistolis, vt quā ad ecclesiam aliquā scribat, saluere noiatim iubeat presbyteros aut Episcopos ecclesiarū. Quod & facile patebit si per singulas epistolas discurrem⁹. Et principio, neminem in priori epistola ad Corinthios salutauit, quū tñ ex longa consuetudine, quā per annū & sex menses cū eis cōtraxerat, multos habuit familiares. Sed nec in posteriori, noiatim quenē impertit salute. Et tñ credibile est iam adfuisse Stephanum, & Achaicū, & Fortunatū (qui Paulo fuerant charissimi) de quibus & in priori epistola mētionē fecit. Ad Galatas item neminem. Et ad Ephesios neminē salutat, quum tamē & ijs, Episcopū constituisset Timotheū vnice sibi dilectū, & multos præterea familiares illic haberet, vt pote qui triennium apud eos mansisset. Ad Philippenses quoq; neminē præter Enodiam & Syntichen duas foeminas, quas tñ haud saluere iussit peculiari aliqua salutatione. Ad Colossenses insup ne vnū quidē, quum tñ eis præfuisset Archippus eorū Episcop⁹, & a Paulo cōstitutus, quē & alibi cōmilitonem suum vocat. In epistola rursus ad Thessalonicenses priori, quū hortatur multitudinē, vt agnoscant eos qui sibi præsumunt in dño, & vt habeant illos in summo præcio, nullius tñ exprimit nomen, cui salutē impertiat. In posteriori similiter nec vnus quidem meminit. Et in ea demū quā ad hebræos misit, quum alioqui parere eos iubeat ijs qui sibi præsumunt, neminem tñ ex eis nominatim salutat. Liquet igitur in ijs epistolis, quas ad ecclesias dedit Paulus, neminē ex presbyteris, aut Episcopis illum salutasse. Quid mirū igit, si in vna hac reliqua, ad Romanos data, Petrū nō salutarit. At inquis, Ecclesiæ ipsius Antistites saluere iussit noiatim. Dic ergo quos Antistites. Respōdes, Narcissum, Andronicū, Iulian, Priscillā, & Aquilam. At miror tales Antistites Romam habuisse, quum alibi Paul⁹ iusserit foeminas in ecclesia silere penitus. Constat em̄ ex supioribus, Priscillam Aquile cōiugem fuisse, & Iulian siue Iunian, Andronici, quemadmodum Athanasius seu Vulgarius tradit. Sed Narcissus (inquis) Episcop⁹ erat. At hūc non salutauit Paulus. Sic em̄ legitur in epistola Pauli, Salutate eosq; sunt ex Narcissi domo, nempe familiares Narcissi, nō ipsum



Narcissum. Erat em̄ is Narcissus (vt tradit Ambrosius) presbyter quidā, sed officio peregrini fungebatur, exhortationibus firmans credentes. At ceteros opinor nō pbabis vnq̄, fuisse presbyteros. Liquet igitur ex his, nequaquā in morem fuisse Paulo, vt præfectos ecclesiarū, in suis ep̄lis noiatim salutaret. Sed & alię q̄q̄ potuerūt interuenire causæ, cur iam nō literis ad Romanos datis salutasset Petrū. Quid enim si Petrū ob aliqua negocia tum absentē nosset, quēadmodū & q̄dā de Narcisso tradunt, q̄ abfuerat ab vrbe, q̄ & factū est, vt hūc forte nō salutaret Paulus. At redeuntē saltē Petrū iussisset saluari. Sed vides, nec hoc de Narcisso fecit. Cæterū q̄d si per Phæben. priuatā a se iussisset salutationem. Aut forte priuatas Petro scripsisset literas. Quis em̄ hui⁹ rei, iam post tot annorū currícula, certā expromere queat rationē. Sed dicēs. Iam igitur extarent ipsæ literę. Nihil oportet, neq̄ enim dubium est plærāsq̄ ex his, quas Apolloli scripserant, deperisse, qd̄ & nemo, q̄ scripturis alluzuit, ignorare potest.

#### PERSVASIO SEXTA.

ACCEDIT & istud ad corroborandū, qd̄ Petr⁹ ad ea tpa, quib⁹ Paulus Romanis literas destinauerat, Romanos nō fuisset, quia diuus Ambrosius, sup̄ ep̄istolam ad Romanos, in quibusdā vetustis codicibus dicit se legisse Narcissum illo tpe Romæ presbyterū fuisse, cui⁹ domū Apostolus saluere iubet, hic tñ (inquit diu⁹ Ambrosius) officio peregrini fungebatur, exhortationibus firmans credentes. Qd̄ sane nuperus Roman⁹ presbyter neutiq̄ faceret, a q̄ nihil tam est alienū, q̄ verbi diuini prædicatio. Et id propter, velut claudus (vt Plautino vtar dictione) sutor, domi totos sedet dies, cupediaꝝ delitijs voratrinā explens Nisi forte ostentandæ pompæ causa, ad Lateranense palatium interdum prorepat. Porro vt ad rem veniamus, hic scito est opus, apud primitiuā ecclesiam nullos fuisse, qui dicerentur summi Pontifices, Cardinales, Patriarchæ, Archiep̄scopi Nempe quæ duos solū ecclesiasticos habuit ordines, Presbyteros videlicet, & Diaconos, vt ex ea claret, quam Phi



pensibus Apostolus e Roma dederat epistola. Paulus, inquit  
& Timotheus serui Iesu Christi oibus sanctis qui sunt in Christo  
Iesu, qui sunt Philippis cum Episcopis, & Diaconibus, Nam  
eadem vocabatur presbyteri, Episcopi vel seniores, ut ex episto-  
lis Paulinis est manifestissimum, Quia in Actis quoque apo-  
stolorum, ad Ephesinam ecclesiam presbyteris inquit, Quia vos  
spiritus sanctus posuit episcopus regere ecclesiam dei. Et Petrus,  
qui & ipse presbyter multarum ecclesiarum fuerat, ad presbyte-  
ros dispersionis Pontii, Galatiae, Cappadociae, Asiae & Bithy-  
niae scribens, seniores se nominat dicens, Seniores ergo qui in  
vobis sunt, obsecro consenior, & testis Christi passionum, Igitur  
non aucter credo tamen adhuc superciliosum summorum pontifi-  
cum nomen, vel abhorruerat plane. Et ut regrediamur ad pri-  
ora, Presbyteri dicebantur, qui ecclesiis veluti quidam praeseres  
praerant. Vnde Apostolus in priori ad Timotheum epistola  
Quibus bene (inquit) praesunt presbyteri, duplici honore dig-  
ni sunt. Et ad Titum. Huius rei gratia reliqui te Cretae, ut ea  
quae desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros  
sicut ego praescripsi tibi. Igitur hic per Narcisum presby-  
terum seniore, aut Episcopum Romanae ecclesiae fuisse intelli-  
gimus, qui non modo eius, sed & aliarum circumiacentium ec-  
clesiarum, & Christi fidelium curam gerebat, cuius etiam familia, ob-  
ingenuas eius virtutes Paulus salutare praecipit. Insuper An-  
dronicus, & Iulias, duo e septuaginta duorum Apostolorum  
numero (ut Origenis est opinio) Romanae ea tempestate fuerant,  
quos hac prerogatiua honoris, ad Romanos in epistola salu-  
tat apostolus. Salutate (inquit) Andronicum, & Iuliam cog-  
natos meos, & concaptiuos meos, qui sunt nobiles in Apo-  
stolis qui & ante me fuerunt in Christo Iesu. Adde, Priscilla, &  
Aquila (ut Ambrosij suffragatur auctoritas) non ociose Ro-  
manam venerunt, qui quonia propensiores erant in deuotione, ideo  
ad confirmationem Romanorum missi fuisse intelliguntur, de  
quibus ad hunc modum Paulus loquitur. Salutate Priscillam,  
& Aquilam, adiutores meos in Christo Iesu, qui pro anima  
mea suas ceruices supposuerunt. Eapropter quid opus Ro-  
mana tunc habuerit Petro veterano, & iam viribus defecto  
non conijcio. Nempe cum habuerit legitimum presbyterum



6 Narcissum, Apostolos Christi doctrina insignes, Andro-  
6 nicum & Iulian, & cooperatores in euangelio nō cōtem-  
6 nendos Aquilam & Priscillam, Sed hoc citra omnem con-  
6 trouersiam verum est, quod Romæ tunc temporis nō fu-  
6 erit. Nam si neminem non salutat eorum Apostolus, vel  
6 qui seniores fuerant, vel qui cognati & cogniti, quomo-  
6 do vnum Petrum non salutasset, quo cum firmissimā ami-  
6 citiam & societatem iam pridem inuierat, & eius videndi  
6 desyderio antea Hierusalem petere non dubitauerat. Et  
6 hinc apparet, vsq; ad Neroniani imperij tempora Petrū  
6 Romæ non fuisse. Quod si viginti & quinque annis illic  
6 resederit, a quo tandem mortem passus est? Hic tussunt  
6 Romani sycophantæ, non secus ac indocti quicq; cātores,  
6 qui locum fecerunt prouerbio, hæsitatio cantorū, vt com-  
6 muniter dicitur, tussis est.

### CALVMNIAE SEXTAE SVMMA.

**H** Abuit Roma, quum Paulus ad Romanos scripserit,  
multos egregios fidei p̄ceptores, & imprimis, Narcis-  
sum, quē Ambrosius ait se legisse fuisse presbyterum **Ambrosius,**  
Romæ. **Q** si presbyter, & Episcopus, quū ea tēpestare nihil  
erat discriminis inter Episcopos & presbyteros, vt ex Pau-  
linis eplis est manifestissimū. Habuit & Andronicū, & Iu-  
lian, duos e septuaginta discipulis, vt Origenes opinat. **Origenes**  
Habuit demū Priscillā, & Aquilam, quos Paulus appellat suos  
adiutores in Christo, & Ambrosius dicit, eos missos fuisse  
Romā, ad Romanorū in fide confirmationē. Q̄ n̄ igit tales  
habuerit Roma p̄ceptores, quid opus fuerit & Petrū iden-  
tidem habere, nempe veteranū & iam defectū virib⁹? Colli-  
git igitur ex hoc, citra oēm controuersiam, verū esse, q̄ Ro-  
mæ tunc temporis Petrus non fuerit, & proinde nec añ Ne-  
ronis tempora venisse Romam.

### RESPONSIO.



Veleni nugax  
argucia eludit

Simon magus  
a Petro deuictus  
Egesippus,  
Eusebius,  
Linus,  
Clemens,

Narcissum Ro-  
mæ urbisq; Episco-  
pū non fuisse,

Origenes,

Athanasius,

**V**T demus primū, illos fuisse coadiutores pauli, & discipulos christi, etiam si vis presbyteros & Episcopos. Nū ob id, Roma Petro non habuisset opus? Quasi nec Ephesijs paulus fuisset utilis, q̄ Timotheū habuissent Episcopum, neq; Corinthijs prodesse potuisset, q̄ apud eos Apollos & caphasac alij præfuisent. Frustra quoq; cæteras ipse, quū suis literis, tum viua voce, docuisset ecclesias, in quibus alioqui presbyteri fuerant & Episcopi. Sed & Romam cur se venturum est pollicitus, vt eis impartiretur domū aliud quod spirituale: quando quidē illic adesse nosset, tam egregios, & præceptores, & Episcopos. Quasi si præsentia pauli Romanis necessaria fuerit, tamen si Roma tales habuisset presbyteros, cur non identidem & Petri? Sed ais Petrum tū fuisse veteranum & defectum viribus. At nec ingenium eum destituerat, neq; spiritus, qui in eo loquebatur, & qui per eum, tot admiranda gessit opera, præsertim in eo cōflictu, quo Simonē ipsum magum deuicit. De quo, non solum Egesippus & Eusebius, verum etiam Linus & Clemēs alijq; complures testantur. Ceterum de Narcisso quod refers, haud vsquequaq; verum est. Credo sane Narcissum presbyterum fuisse, sed talem, qui peregrini fungeretur officio, quem admodū & ex Ambrosio recensuisti, nimirum qui sapius urbem egredere tur, vt suis exhortationibus credentes in fide firmaret, cuius rei gratia, & tum abfuisse creditur, quū ad Romanos scripserit paulus. Non est verum igitur, q̄ Narcissus urbis Romanæ fuerat episcopus, neq; quisq; eum hactenus ita vocat, quū tamen oēs concorditer id dignitatis petro passim tribuant. Porro q̄ Andronicum & Iulianē septuaginta duorum discipulorum numero fuisse putas, autore Origene. Certe nec Origenes id affirmat, sed tantum dicit, id ita fuisse possibile. Sic enim in epistolam ad Romanos ait, de quibus possibile est & illud intelligi, q̄ fortassis ex illis, lxxij. (qui & ipsi apostoli nominati sunt) fuerint. Ecce dicit, possibile, & fortassis. Quibus verbis, satis constat, eum ancipitem fuisse qui nam essent. At si vis nosce qui fuerint, legas Athanasium. Sic enim tu vocas Theophilactum seu vulgarium. Is in eandem epistolam scribens, Iulianē seu (quod græce habetur) Iulian, foeminā asserit



fuisse. At in illo discipulorum numero nullam haberi foemina  
nam apertissimū est. Adde, q̄ hi, qui septuaginta duorū dis  
cipulorū Catalogum colligerunt, nec Iulian nec Iunian cæ  
teris annumerarunt.

### PERSVASIO SEPTIMA.

HVC producam, & qđ Apostolus ad Galatas nar  
rat in epla. Creditū est (inquit) mihi euangeliū prepujij, sic  
& Petro circūcisionis. Quināq; opatus est Petro in Apo  
stolatū circūcisionis, opatus est & mihi inter gētes. Tandē  
manifestat, quō pactus fuisset cū Iacobo, Petro & Ioāne,  
in synodo, quæ Hierosolymis sup legalīū obseruatīōe ha  
bita est, vt ipsi in circūcisionē, hic ꝑ̄o inter gentes cū Bar  
naba prædicatū pficisceretur. Quō itaq; tam cito Petrus  
pacti immemor fieri potuit, & alienas ptes sibi vsurpare,  
cum Roma toti⁹ paganismi mater tūc fuerit. Quinimo,  
si circūcisionis fuerat Apostolus, quō Romæ tot annis, ad  
Pauli videmus illac aduentum, cū Iudæis nihil ei fuerat ne  
gocij. Adueniente namq; illac Paulo, vt Lucas in Actis a  
postolorū ait, dicunt Iudæi ad eū. De secta hac notū est  
nobis, quia vbiq; ei cōtradicitur. Rogam⁹ em̄ te audire q̄  
sentis. Nos em̄ neq; literas accepim⁹ de te, neq; adueniens  
aliquis fratrū nūciauit, aut loquutus est quid de te malum  
Quos tandem copiosa illa, ac vberrima oratione sua allo  
quutus est Paulus, a mane vsq; ad vesperā sermonē ptra  
hens. E quibus aliqui dictis crediderūt, quidā vero renū  
runt credere. Et nunq; antea audita aurib⁹ hauriētes, ad in  
uicē tumultuabant, & multā inter se habebāt quæstionē,  
Quid ergo Romæ tanto tps intervallo fecerat Petrus,  
si Iudæis ea quæ a Paulo audierant, noua & inaudita vide  
bantur, nec aliquē se prius audiuisse dixerūt, qui ei⁹ sectæ  
instituta, & ritus eis declarasset. Et proinde Paulū, vt quē  
sentiat diceret, velut vno ore postulabāt oēs. Videat qui  
vult, q̄ sit tutū Romæ Petrum aliquando fuisse credere.

### CALVMNIAE SEPTIMAE SVMMA.



Actuum xv,

Gala, ij,

Gala, ij,

Actuum vlti,

**C**onuenit inter Aplos in ipsa synodo Hierosolymis habita, q Paulus apud gētes, Petrus apud Iudæos apostolatū iniret. Sic em paulus ipse Galatis scribēs testat. Creditū est (inqt) mihi euāgeliū præpucij, sicut & Petro circuncisionis. Qui enim operatus est Petro in Apostolū circuncisionis, operatus est, & mihi inter gentes. Et quum cognouissent gratiā, quæ data est mihi, Iacob⁹, & Caphas, & Ioannes, qui videbātur columnæ esse, dexteræ dederūt mihi, & Barnabæ, societatis, vt nos in gentes, ipsi autem in circuncisionē. Quō itaq; tam cito Petrus pacti immemor fieri potuit, & alienas partes vsurpare sibi: quum Roma totius paganissimi mater tūc fuerit. Quinimo si Petrus circuncisionis fuerat Apostolus, quō Romæ tot annis, ad Pauli videlicet illac aduentū, cū Iudæis nihil ei fuerat negocij: Nā ex paulo Iudæi tum audierant plurima, quæ se nunq̄ prius audisse testati sunt, quēadmodū in actis abunde patet. Quid ergo Romæ tanto ipis interuallo fecerat Petrus, si Iudæis ea quæ a paulo audierant, noua & inaudita videbantur, nec aliquem se prius audiuisse dixerunt, qui eius sectæ instituta, & ritus eis declarasset. Et proinde paulum, vt quæ sentiat diceret, velut vno ore postulabant omnes.

### RESPONSIO.

Confutatio efficaciæ argumēti Vellent,

Gala, ij,

Actuū vltimo,

**D**Vob⁹ scripturæ locis hæc Calūniā videt̄ innitī, alteri, Dex epistola ad Galatas, alteri ex apostolorū actis. Sed hos si qs velit in aduersariū retorquere, multo validi⁹ eū impetet, q̄ ille nos impetijt. Nā si circūcisionis apostolus erat Petr⁹, vt prior ipse locus apud Galatas docet, & nō p̄ circūcisorum numerus Romæ fuerat, vt habet locus posterior ex actis, iure debuit, vt ex pacto, se Petrus Romam cōferre, nimirū vt Iudæos Romā incolentes in fide teneret, & maxime quū Hierosolymis Iacobū reliquisset, & Anthiochia Enodiū, Barnabā item Cypri, & Ioānē in Asia nosset, paulū insup nō ignoraret, oēs illas adiacētes regiones haud segniter pagrare. Intelligis igit̄ vt ex vtroq; loco sil' iuncto,



Petrus adactus fuerit Romā adire. Porro loc<sup>9</sup> ille prior, nē  
pe de pacto, non minus aduersus Paulum q̄ contra Petrum  
facit. Quid enim ille tam cito pacti factus immemor, ubiq̄  
Iudeorum Synagogas ingreditur: quē admodū paulo post si  
nitam illam Synodū legimus in actis ca. xvij. Quū (inquiūt)  
iter fecissent Paulus & Syllas per Amphipolim & Appollo  
niā, venerunt Thessalonicam, ubi erat Synagoga Iudæorū.  
Secundum consuetudinem autem suam paulus introiuit ad  
eos, & per sabbata tria differebat eis ex scripturis adaperiēs  
& allegās, q̄ christū oportuisset pati, & resurgere a mortuis,  
& q̄ hic esset christus Iesus, quem Paulus annunciabat eis.  
Et mox eodem ca. quū venisset Athenas, disputabat in Sy  
nagoga cum Iudæis, Rursum, ca. xviii, disputabat autē in Sy  
nagoga per omne sabbatū, suadebatq̄ Iudæis pariter & gre  
cis. Sed & posterior ille locus nihil aduersū nos facit. Quid  
enim si quidam ex primoribus Iudeorum, Romæ degentiū,  
christum non crediderint: Nunquid nō ubiq̄ gentium eius  
modi reperit Paulus? Quoties enim ipse in locis ubi prædi  
cauit, reliquit tales: vt nemini mirum fuerit, si nō omnes, qui  
Romæ tum fuerant, conuertisset Petrus. Cæterum & ad  
uersarius aperte falsum illic affirmat, nempe q̄ Iudæi, quos  
Paulus conuocari fecit, dixerant se neminem prius audisse,  
qui eius sectæ instituta & ritus sibi declarasset. Neq̄ enim in  
actis istud cōtinetur. Neq̄ fieri potuit, quū illic ex Iudæis tot  
fuiſſent christiani, quin huius sectæ ritus & instituta pridem  
audiſſent. Quid enim? Elingues erant Narcissus, & Andro  
nicus, ac Iunias, Priscilla q̄, & Aquila, ac cæteri, qui probe no  
uerunt hanc sectam & eius ritus ac instituta? Aut forte non  
ausi fuerant annunciare christum, qui tamen pro pauli salute  
non formidabant suam ipsorum ceruicem supponere? Falsū  
est igitur, q̄ illi dixerint se neminem prius audisse, qui eius  
sectæ instituta, & ritus sibi declarasset. Neq̄ tale quiddam in  
actis habetur. Sed negabant se de Pauli factis, vllas a Iudæa  
litteras accepisse, neq̄ inde quēq̄ aduenientē locutum fuisse  
quicq̄ mali de Paulo, de secta tñ christianorū (q̄ ubiq̄ scisset  
ei contradici) se cupere dicebāt audire ex Paulo que sentiret

Petrus adact<sup>9</sup>  
Romā venire.

Actuum, xvij,

Paulus tamen si  
p̄cipui apof  
tolus, circunci  
sistē Christū  
p̄dicabat,

Actuū, xviii,

Actuum vlti,

Aduersari<sup>9</sup> fal  
sum affirmat,



Non q̄ ante nihil audiſſent a quoq̄, ſed q̄ noua quædã, & forte, quæ ſectam illã cõfutarent, a Paulo ſe ſperaffent audituros. Et hæc hæcten⁹, ob Calumniã ſeptimæ cõuulſionem.

### PERSVASIO OCTAUA.

IAM ad ea vſq̄ p̄uenimus t̄pa, quib⁹ Hieroſolymis iudæorū coactus inſolentia Paulus, ad Cæſarẽ appellauit, ac Romã deductus, cathenis horrendis in carcerẽ cõiect⁹, illicq̄ in cõducto ſuo, qd̄ ei carceris fuerat loco, toto biennio p̄manſit. Nec p̄fecto parua hæc erat manſio, vt Hieronym⁹ in epl̄a ad Philemonẽ loquit̄, ad quã iudæorū turbe q̄tidie cõfluebãt. Nã ſuſcipiebat oēs, vt i Actis Lucas ſcribit, qui ingrediebant̄ ad eũ p̄dicans regnũ dei, & docens quæ ſunt de dño Ieſu Chriſto cū oī fiducia ſine p̄hibitiõẽ allectans ad fidẽ Chriſti hoies, vt v̄bis, ita & literis. Multos em̄, eo cõcionante, nō mō plebeos, ſed & de regia Neronis, Chriſti fidẽ ſuſcepiffẽ, ipſius epl̄e oftendũt, Ad Philippenſes em̄ e cõducto ſuo ſcriptitans, Salutãt vos, inquit, oēs ſancti, ac quidẽ maxime, & qui de Cæſaris domo ſũt. Quin epiſtolas q̄q̄ aliquot in vinculis dictauerat pia admonitione, & Chriſtiana pietate plenas, ne eccleſiã Chriſti pulchre ab eo inſtitutã, ei⁹ abſentia in deterius laberetur. Nã quos viuã voce cõuenire nō poterat, ſcriptis tantifp̄ admonebat, ne ſuã p̄feſſionis obliti, a Chriſto aliquñ exciderent, p̄cipue Galatis poſt pseudoapostoſos, retro a Chriſti fide ac ſuis rudimētis abeuntib⁹, epiſtolam e Roma ſcribere nō dubitauit, v̄bis etiã aſteriorib⁹ eos cõmonefaciens, ne vaſtritiã, & aſtu a Chriſto abduci ſeſe paterentur, Deũ obteſtans, q̄ quæcunq̄ illũ in mandatis dederat, ea nō ab hoibus, neq̄ per hoies nactus vnq̄ fuiſſet, ſed ſola benignitate Ieſu Chriſti, Nimirũ quibus tã firmiter credi oporteat, vt ſi angelus quoq̄, vel ipſemet ſecũdario ad eos aliquñ venerit, ac diuerſum qd̄dã docere voluerit, probroſum ac execrabile id fieret, in qua epl̄a Petri aliq̄ locis meminit, cui⁹ testimoniũ in hoc negotio, vt Galatis qd̄



dixerat facili<sup>9</sup> psuaderet, mirū ī modū illi fuerat necessariū  
Nō tñ vspiā ei<sup>9</sup> mentionē facit, an Romæ ipsum tūc habu  
erit collegā, vel si eis q̄ scripserat, & ille subscribere volue  
rit. Qui certe, si tū Romæ fuisset, saltē ei<sup>9</sup> noie eos saluta  
set, q̄ facili<sup>9</sup> tā eminentis Apli vocabulo p̄moti resipisce  
rent, & ab extranea doctrina segregati, ad mentē redirēt  
q̄nq; Attñ nihil horū fecerat Apostolus, qd̄ maximo est  
testimonio, neq; ea tēpestate Petrū Romę fuisse. Cum tñ  
viginti quinq; anni, vel scd̄m q̄sdā vigintiseptem, a Chri  
sti passione, aut ascensione p̄terierint. Ceterū neq; ī ea, quā  
ad Ephesios Romæ scripserat, eplā vllā ei<sup>9</sup> mentionem fa  
cit, cuius tñ hęc semp̄ alias fuerat cōsuetudo, vt collegarū  
suorū nomine, in Christum credentes saluaret.

### CALVMNIAE OCTAVAE SVMMA.

**P**Aulus Galatis e Roma scribēs, Petri nōnullis locis me  
minit, cui<sup>9</sup> testimoniū in hoc negotio, nimirū vt Gala  
tis ita qd̄ dixerat facili<sup>9</sup> psuaderet, mixt in modū illi fue  
rat necessariū. Admonuisset igit̄ eos Paulus in eplā sua, vel  
q̄ tum Romæ Petrū habuisset collegā, vel q̄ idē epistole  
subscripsisset suā. Nā ita Galatæ facili<sup>9</sup>, tā eminentis Apol  
toli vocabulo p̄moti, resipuissent, & ab extranea doctrina  
segregati, ad mentē rediissent celeri<sup>9</sup>. Sed neq; si siter ad E  
phesios e Roma scribens, vllam omnino Petri mentionem  
facit, cuius tñ hęc semper alias fuerat consuetudo, vt colle  
garum suorū nomine, credentes in Christū saluaret. Quā  
obrem & hęc maximo testimonio sunt, non ea tēpestate  
fuisse Romæ Petrum.

### RESPONSIO.

**H**Aud facile nobis est, post tot saculorū volumina cau  
sas reddere, cur aliqñ Paulus collegarū suorū in eplis  
meminerit, & cōtra nonnunq̄ tacuerit penitus. Nam  
vtrunq; fecisse, cuius eplās ei<sup>9</sup> legenti, potest apertissimum  
esse. Scripsit enī vno tpe, quum esset in custodia Romæ,



Hieronymus, quatuor epistolas, quæ & Hieronymus in cōmentarijs Epistolæ ad Philemonē, exactissimis docet rationib⁹, hoc est, ad Philippenses, Colossenses, Ephesios, & ad philemonem. In quæ tribus adiungit sibi Timotheū, hoc est ad Philippenses, Colossenses, & philemonem, verū in Epistola ad Ephesios, nec semel Timothei meminit. Ad philippenses em̄ sic exorditur, Paulus, ac Timotheus serui Iesu Christi, omnib⁹ sanctis in Christo Iesu, qui sunt philippis. Ad Colossenses ita, Paulus ap̄tus Iesu Christi, per voluntatē dei, & Timotheus frater, ijs qui sunt Colossis. Ad Philemonē at̄ ad hunc modū, Paulus vinctus Christi Iesu, & Timothe⁹ frater, philemoni dilecto & collegæ nostro, Caterū in ea quā dederat ad Ephesios, ita p̄fatur, Paulus ap̄tus Iesu Christi, per voluntatē dei sanctis oibus qui sunt Ephesi. Ecce subticet̄ Timothei nomen. Sed nec in calce, salutē vllā illis ex Timotheo, Paulū dixisse legimus. Quum igit̄ petrus nec ipsi paulo familiarior fuerat, neq; Ephesijs cōiunctior q̄ erat Timotheus, quippe quē episcopū eis ipse reliquerat, quid mirum esse debet, si petri nomen subticuerit, sicut & de Timotheo fecisse iam abunde perspicuū est. Erat em̄ Romæ Timothe⁹, quum ad Ephesios paulus scripserit, simul & dictandis ipsis literis p̄sens, eratq; paulo charissimus, nec non & Episcopus illis fuit, ad quos paulus scripserat, & tñ eius nullam omnino paulus facit mentionē. Frustra igit̄ ex eo cōtenditur, petrū non fuisse Romæ, q̄ paulus inde scribens, nullā in suis literis mentionem de illo faciat, qñ videmus eundem paulum, Timothei iam p̄sentis, ne verbulo quidem ad Ephesios scribentem, meminisse.

#### PERSVASIO NONA,

Inditio sunt, Petrū tpe Pauli Romæ nō fuisse, & literarū quas p̄ Epaphroditū ad Philip. dederat Apostol⁹, in quibus multoz̄ eos adinonet, & q̄ erga illū tunc t̄pis gerebatur, manifestat, maxime at̄ quantū illic in euāgelio p̄fecerit dicens, sua occasione passim Romæ euāgelium p̄dicari ab oibus, eodē quidē impetu, quāuis diuerso studio. Qui dā em̄ vinculis & cōstātia ipsius animati, sincero affectu,



Episc  
st, ad  
m. In  
ppen  
phe  
m sic  
nib  
entes  
imo  
hunc  
phi  
derat  
volu  
imo  
neo,  
lo fa  
othe  
esse  
o fe  
the?  
ipis  
isco  
om  
itur,  
n su  
pau  
p phe  
  
lite  
in q  
ebā  
fecer  
icari  
Qui  
ectu,

6 & vere Christiana intentione, fide Christi Romae omni timo  
6 re exuto, inuulgabant, quidam vero sola cupiditate nocendi  
6 Paulo, ad euangelizandum Christum trahebant, putabant enim  
6 fore, quod Neronis tyranni, cui nomen Christi fuerat possum,  
6 puocata iracundia, Paulina gloria in euangelio facesseret,  
6 ac tyrannus in eum, uti eius professionis auctorem, grauius animadu  
6 uerteret. Fit enim, quod maxime nobis nocitura sciuerint, haec  
6 ad nostram perniciem inici palam euulgat. Tum ait paulus sibi  
6 non esse curam, dum quouis modo euangelium annuncietur, &  
6 Christus orbi innotescat, suum hoc ad vitam, siue ad mortem il  
6 li sit cessurum. Maluit enim cum euangelij lucro mori, quam absque  
6 profectu viuere. Res profecto miraculo digna, si Petrus tunc  
6 Romae fuerat, quemadmodum multis iam annis inibi agere de  
6 buerat, quomodo Christi nomen tam moleste a Paulo Roma au  
6 dierit, ut subornati in hoc etiam plerique homines dolosi sub Chri  
6 sti predicationis obrentu, Pauli exitum quererent. Num vero  
6 otiosus tot annis illic delituerat, & Christi occultauerat  
6 fide Petrus, timens ne in eum sauisset tyrannus, utque facilius  
6 eorum insidias, qui aduersabatur Christo, subterfugerit?  
6 Nam si annuatim euangelium Romae predicauerat, ea res non  
6 debuit esse Paulo timori, siquidem Roma tot iam annis an  
6 tea Christum patientissime a petro audierit, Imo quantun  
6 cunque tumultuante Roma, tyrannus ad vindictam irritaretur,  
6 in Petrum primitus resultasset haec iniuria, utpote qui caput  
6 eius negocij fuerit. Ecquid igitur formidarat Paulus, ne faba  
6 haec in suo, quod dicitur, cuderetur capite non uideo. Ad haec,  
6 in sine eiusdem epistolae subdit. Salutant vos omnes sancti, maxime  
6 vero qui de Caesaris aula sunt, maxime profus dicere debuit pe  
6 trus, oim nostrum ueluti quidam antesignanus. En quam inse  
6 curum est dicere, etiam tunc tempore Petrum Romae fuisse, dum pau  
6 lus captiuus illic teneretur, hac persuasione clarissimum est.

### CALVMNIAE NONAE SVMMMA.

Similiter ad Philippenses scribens, sua dicit occasione, *pas Philip, i.*  
Sicut ab omnibus euangelium Romae praedicari, eodem quod  
impetu, quous diuerso studio. Quidam enim uincul & constan  
tia pauli, magis animati sincere & absque metu Christum predicabant



Quidā ꝑ sola cupiditate nocēdi Paulo, rem aggressi sūt,  
sperantes ita Nerone acerbius in Paulū sēuiturum, velut in  
eius ꝑfessionis autorē. Qꝫ si Petrus Romæ tum fuisset, qui  
fieri potuit, vt a Paulo Roma tam moleste Christi nomē au  
diisset: Nū ꝑ tot ānis ociosus illic delituerat Petrꝫ, & Chri  
sti fidē occultauerat, timens ne in eū sēuisset tyrānus: Nam  
si Petrus Euangeliū annuatim prædicasset, in eius magis qꝫ  
in Pauli caput hæc faba cuderetur, nimis qꝫ ipse quasi prin  
ceps totius negocij fuisset. Ad hæc, in fine eiusdē epistolæ,  
subdit Paulus, Salutant vos oēs sancti, maxime ꝑo qui sunt  
ex Cæsaris domo. Qꝫ si Petrus illic tum fuisset, dixisse ꝑor  
sus debuit. Maxime vero Petrus, omniū nostrū veluti qui  
dam antesignanus.

### RESPONSIO.

**Q**uam fallax fuerit hæc argutia, quæ petitur ex eo lo  
co, nēpe qꝫ non Petri noie paulus eos, ad quos scripse  
rat, salutarit, opinor satis dilucidum esse factū, ex  
responsione quā proxime superiori Calumniæ subdidimus.  
Quāobrem nec operæ ꝑciū erit ꝑ posteriori huius argutia  
parte quicqꝫ amplius in mediū adducere. Sed ad priorē tū  
respondebimꝫ. Quæ ꝑfecto nihil habet roboris, quo quæ  
at euincere Petrū non fuisset Romæ. Neqꝫ enim repugnat  
quicqꝫ vt ātea qꝫ aduenisset paulus Romā, Petrus vna cū alijs  
illic Euangeliū diu docuisset, & ijdem tū presentia pauli ma  
gis cōcitati, vehementius ac ardentius id ipsum facerēt, qꝫ  
ante cœperūt. Annon experimur cotidie ligna, quæ paulo  
ante in fornace lentius arserunt, ꝑ appositionē aridioris cui  
iusdā surculi, magis ac validius accendi, neqꝫ iā excitatum a  
dorem prioribus lignis imputari, sed huic potius qꝫ postre  
mo fuit adiectū. Ita quid ꝑhibet, quo minus Christi prædi  
cati iam recens exorta flamma, Paulo magis ascriberetur, qꝫ  
Petro cæterisqꝫ, qui Paulū in hoc negocio præcesserunt, vt  
interim sileam quantus ignis, præ cæteris oibus concionato  
ribus, in ipsius Pauli pectore flagrabat, vt nemini mirū esse  
debeat, si per accessum Pauli, Euangelij prædicatio magis

Compartio ele  
gans,



ac magis exardesceret. Satis igitur ista Calumniam nonam  
labefactant.

### PERSVASIO DECIMA:

Colossensibus per Tychiū ac Onesimū scribēs Paulus in recessu epistolæ addit, Salutatur vos Aristarchus captiuus meus, & Marcus cōsobrinus Barnabæ, & Iesus qui dicitur iustus, qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerunt solatio. Salutatur vos Epaphras qui vestras est, seruus Iesu Christi. Salutatur vos Lucas medicus charissimus, & Demas. Vide quā oēs nomina enumerat, qui tūc ei aderant, & cooperatores eius erant in regno dei, hæc est ecclesia Christi. Gregorius enim inquit, Sape in sacro eloquio regnū cœlorū presentis temporis ecclesia dicitur. Et Christus apud Lucā, regnū dei, inquit, intra nos est. Quas ob res Paulus dicit, Hi soli sunt adiutores mei in regno dei. Quid ergo Petrus, nunquid tanquam veteranus quidam, ac emeritus miles in oculum tunc se receperat, ut non pro sua virili euāgelicas adiuuaret partes, cooperatores in regno Christi non fieret? quod de Petro sentire horret animus, pinde non te habuit tūc Roma Petre. Nam si fuisses Romæ & Paulum eundem Christum prædicantem non iueris, eius iam factionis fuisses Apostolus, quæ non Christum ædificaret, sed destrueret, ac demoliretur. Omne enim regnū, Christo dicente, in se diuisum desolabitur, ac domus supra domum corruet.

### CALVMNIAE DECIMAE SVMMMA,

Colossensibus identidem Paulus scribens, in Epistole recessu sic dicit, Salutatur vos Aristarchus cōcaptiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ, & Iesus, qui dicitur iustus, qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei, qui mihi fuerunt solatio. Salutatur vos Epaphras, qui vestras est, seruus Iesu Christi. Salutatur vos Lucas medicus charissimus, & demas. Vides quæ oēs nomina enumerat.

E i



rat, qui tunc esaderant, & cooperatores eius erāt in regno dei, hoc est ecclesia Christi. Quid ergo Petrus, nunqd rāq̄ veteranus quidā ac emeritus miles, in ocium tunc se receperat, vt nō pro sua virili euangelicas adiuuaret partes, cooperatorq̄ in regno Christi non fieret? Quum igitur hoc animus horret de Petro sentire, palam est eum tunc Romæ nequā fuisse,

### RESPONSIO.

**S**Inō fuissent plures in regno dei cooperarij, q̄ quos hic enumerauit Paulus, vbi quæso Iacobus tum fuerat, vbi Ioannes euangelista, vbi Barnabas ac cæteri Apostolici quorū plaricq̄, nemo dubitat, quin iam extarent, nulla tyrānorū adhuc crudelitate necati. Sed inquis. Hi nequaquā Romæ fuerunt. Quid si Romæ non fuerant? laborabant nihilominus in regno dei. Neq̄ negabis opinor quin alibi quā Romæ, dei regnū vigeat. Sed de his (inquis) paulus intelligit, qui Romæ laborabant. At neq̄ de oibus his intellexisse Paulum, vel ex argutia tua proxima constare potest, qua testaris dixisse Paulū, q̄ sua occasione passim Romæ prædicatum ab omnibus fuit Euangeliū Christi. Hoc tu affirmas scripsisse Paulum ad Philippenses. Q̄n igitur eodem tempore scripta fuerat hæc ad Colossenses epistola, qui fieri potuit, vt paulo tum Romæ non essent plures ad regnum dei cooperarij q̄ hi treis, nimirum Aristarchus, & Marcus atq̄ Iesus, quum idem (vt tu recenseres) asserat euangeliū, Romæ passim ab oibus, occasione sua iam fuisse prædicatū? Num hoc est passim ab oibus prædicari, quū a tribus dūtaxat euangelium prædicatur? Erras igitur Paulum haud recte capiens. Neq̄ enim istantū dixit, hi soli cooperarij sunt ad regnum dei, sed adiecit qui fuere mihi solatio. Vt intelligas hos præcæteris (qui ad dei regnū paulo cooperabantur) eidem fuisse maiori solatio. Et more suo fortassis hiperbolice locutus est, volens ita peculiarius eos Colossensibus commendare. Non prorsus itaq̄ negat Paulus, alios fuisse libi ad

Philip, i,

Allucinatur  
Velenus,



dei regnum cooperarios, sed ex nullis alijs (qui cooperarij  
 essent) sibi tantum solacij fuisse suppeditatum. Nam erant  
 adhuc, cum alij pleriq; tum Narcissus Romæ. Erant &  
 Andronicus, & Iunias, Priscillaq; & Aquila, quos, e Corin-  
 tho Romam scribens, adiutores suos vocauit, ac salutauit  
 amantissime. Nihil igitur agit hac argutia Velenus, aduer-  
 sus præsentiam Petri Romæ, quum fieri potuit, vt esset Ro-  
 mæ Petrus, & vel in alia custodia multū distante positus, vel  
 tot tantisq; fidei negocijs occupat⁹, vt assidere Pauli vicul⁹ &  
 ei solatium assiduum impendere non licuerit. Possumus  
 tamen vel ex ea deprehendere Petrum tunc fuisse Romæ, Colof, iiii,  
 q; Paulus in eadem Epistola, Marci consobrini Barnabæ me-  
 tionem faciat, quem & Petrus charissimum habuit, & in i, Petri vlti,  
 epistola sua priori vocat filium, quemq; passim historici tra-  
 dunt Romæ cum Petro fuisse, & euangelium, quod Marci  
 iam dicitur, ibidem scripsisse. Neq; alius iste Marcus est ab Marcus euāge-  
 eo, quem Velenus dicit a Paulo vocari in epistola ad Phi- liū Romæ scrip-  
 lemonem, Marcum Aristarchum, de quo mox plura sumus sit,  
 dicturi.

#### PERSVASIO VNDECIMA.

Onesimus, quem Phrygem genere quidam fuisse pu-  
 tant, Philemonis Colosseij seruus, compilatis rebus qui-  
 busdam ipsius Romam fugitiuus venerat, illicq; Paulo  
 de Christo concionante audito, Christi nominis factus  
 est candidatus, ac baptisinate in Christicolarum consor-  
 tium ascitus. Porro ne quid labis pristinae scelestæ vitæ in  
 eo remanserit, conscientiam Apostolo aperuit, & iniuri-  
 am, quam domino suo intulit, rebus quibusdam illius sur-  
 reptis confessus est, quem Paulus, quia nimium adama-  
 rat, non sibi temperare potuit, quin protinus benigno,  
 ac scito epistolio eum Philemoni reconciliaffet, hanc sibi  
 iniuriam in Philemonē bene meritis donari postulās.



Et si quid dāni rē pecuniaria, aut alia quāuis, Onesimi p̄  
fugio, acceperit, pro eo se vadē ponens, oīaq; se depensu  
rum eius loco promittens. Et in epistolij principio Phile  
monē Appiam vxorē ipsius, & Archippum Colossensis  
ecclesiae episcopū salutans, quo id facili⁹ pro quo interpel  
lauerat, vt sensit Chrysoftomus, impetrasset, Timothei  
nomen adiungit dicens, Paulus seru⁹ Christi Iesu, & Ti  
motheus frater Philemoni & c. Cur hic Petri nomē in sa  
lutatione Paulus Inpprimat, si Timothei apposuit, qui fa  
cilius tā magni euāgelici praconis autoritate mot⁹ offē  
sam forte Onesimo cōdonasset? Proh pudet me tot lecu  
lorū, quibus Paulinae literae tineis corrosae, situ ac p̄dore  
fœditate, intra angulos delituerant, passimq; ab omnib⁹  
negligebantur, quarum lectio tot erroribus, ne in ecclesia  
subnascerentur, vel sola occurrere potuerit. Quid em̄ tā  
manifeste ostendere potuit Petrū Romae nō fuisse, quam  
hac ad Philemonē epistola a Roma per Onesimū trans  
missa? Sed nunquid forte Philemonem, & presbyterum  
Colossensem Archippū, noīe Petri saluere iubet Apосто  
lus, ad finē epistolae properemus, Salutat te Epaphras (in  
quit) cōcaptiuus me⁹, Marcus, Aristarchus, Demas & Lu  
cas adiutores mei. O infelicem Petrum, si tum Romae fu  
erat, & Paulum in hoc honestissimo destituit negotio.

#### CALVMNIAE VNDECIMAE SVMMA

**R**ursum Paulus datus ad Philemonē literis, ob Ones  
imi serui reconciliationē, quo facilius ab eo, quod pet  
tūt, impetraret, nomen adiūgit Timothei. Paulus (in  
quit) seruus Iesu Christi, & Timotheus frater Philemoni.  
& c. Cur hic Petri nomen (si Romae tum is affuisset) in salu  
tatione subticuisset Paulus? quū credibile sit, philemonem  
Onesimo facili⁹ offensam cōdonasse, audito noīe Petri, q̄  
plurium Timotheorū. Sed quum nec eius nominis memine  
rit in epistolē recessu, vbi ex alijs multis philemoni, simul &  
Archippo salutē dicit, quid potest manifestius ostēdere Pe  
trum eo tempore, neutiq; fuisse Romae?



## RESPONSIO.

**S**Vpra mōstrauimus, haud satis efficaciter ex eo cōsequi  
 Petrū Romæ non fuisse, q̄ inde scribens paul⁹ ei⁹ haud  
 quaḡ meminisset. Et sane quisquis obseruat, quanta diligē  
 tia paulus vbiq; suam tueri studet autoritatem, is facile per  
 spiciet, q̄ nihil ista repugnant, nempe q̄ Petrus Romæ fue  
 rat, & tamen eius nullam omnino paulus fecerat mentio  
 nē. Aduerte quoties ad Ephesios literas mittit, nēpe semel ad  
 ipsam ecclesiam, & bis ad Timotheum, dum is ibi moraret,  
 & tñ Ioannis apostoli (qui fuerat Ephesiorū Episcopus) me  
 minit nusq;. Et rursus ex Italia scribens ad hebræos, Iacobi  
 tamen Hierosolymitanorū Episcopi nullā omnino mentio  
 nē facit. Sed & ad Ephesios quum scriberet e Roma, quem  
 admodū ante diximus, q̄q; secū haberet tunc præsentem Ti  
 motheū, quē & ex Epheso discedens Ephesijs ante cōmen  
 darat, nihil tñ vel in Epistolæ ipsius inīcio, vel in calce, ne v  
 bo quidem, Timothei meminit. Et qd' magis mirabere, di  
 ctatis eodem tpe literis ad philippenses, ad Colossenses, ad  
 Philemonem, sp̄ sibi Timothei nomen adiungit, & Timo  
 thei noie salutatur eosdem. Quis hic nobis pauli consiliū ex  
 plicabit, aut exactam reddet huiusce rei rationē, cur in his  
 expressit, in illis prorsus reticuit Timothei nomen, quū tñ  
 vno tpe scriptæ fuissent, & ipse quinetiam Timotheus, dū  
 omnes dictarentur, esset tum præsens? Caterum quū neq;  
 tanti momenti fuisset ea res, quā Paulus ab ipso Philomene  
 postularat, neq; satis apparet, quam Petrus cum philomene  
 consuetudinē prius habuisset, nulla ratio videtur, cur petri  
 nomē in ea epistola debuisset adiungi. Frustra igit̄ hic *Velenus* In cassum excla  
 mat Velenus,  
 lenus exclamat inquit, Proh pudet me tot sæculorū, qui  
 bus Paulinæ literæ, tunc is corrosæ, situ ac p̄dore fœdate,  
 intra angulos delituerant, passimq; ab omnibus negligebā  
 tur, quarum lectio, tot erroribus, ne in ecclesia subnaſceren  
 tur, vel sola occurrere potuerit. Quasi nō essent hæ literæ,  
 veteribus illis theologis nocturna diurnaq; manu versatæ,  
 nempe Tertulliano, Athanasio, Chrysostomo, Ambrosio,  
 Hieronymo, cæterisq; tam græcis, q̄ latinis, innumeris, quo



rum nemo tam oculatus fuit, vt hūc errorem depræhendere potuit, quem iam (si dijs placet) reperit Velenus. Quod silentio sola (quemadmodū Velenus ait) his errorib⁹ potuisset occurrere, mirum est quomodo tanta, & tam splendida ingenia, quæ nulla re magis quàm Paulinis epistolis exercitata fuerunt, vsq; adeo cæcutiebant, vt nequiverint id depræhendere, quod tam acute cernit Velenus, nempe tot locis Paulinis repugnare, quod Petrus vnq; Romæ fuerat.

#### PERSVASIO DVODECIMA:

Peracto iā dicto biennio, multisq; Romæ ad fidem Christi cōuersis, ac eplis hinc inde p̄ ecclesias transmissis, tandē Paulū in libertatē asseruit Nero, e cōpedibusq; dimittere fecit, qd̄ ipsemet ad Timotheū testatur paulus dicens, liberatus sum de ore leonis. Captiuitas etem̄ hæc intra hoc quinquenniū fuerat, de quo Traianū imperatorē Sex. Aureli⁹ dicere solitū memorat, p̄cul distāt cūcti principes a Neronis quinquēniō, adeo em̄ comis, benign⁹, affabilis & modest⁹ quinq; primis sui imperij annis Nero fuerat, vt de eo Tranquillus scribens, a pietate hūc imperij exordia fecisse dixerit, Et tm̄ aberat, vt infra hoc quinquēniū Nero morti deuouerat quēpiā, quod moleste & indignāter eis, quod mortis sententiā in aliquē p̄nūciauerint, p̄ consuetudine subscribere etiā fuerat solit⁹. Nā semel admonitus, vt in supplicio cuiusdā capite dānati ex more subscriberet, quā vellem (inquit) nescire literas. Hic igit̄ p̄ sua erga oēs beneuolentiā Paulū tunc t̄pis dimisit liberū. Reliquis at̄ nouē imperij sui annis, in oēm luxū, turpitudinem, truculentiā adeo se effudit, vt impietate oēs facile, scelestissimos etiā hoies supasset. Quāuis Iosephus libro antiquitatum vigesimo, capite sexto, nimis incertā de Nerone esse historiā tradat, dicit nāq; Multi de Nerone historiā cōscripserūt, quorū quidā pro gratia bñficioꝝ ei⁹ neglexere v̄itatē. Alij v̄o p̄pter odiū & ei⁹ inimicitias, sic impudēter mēdacijs inuoluti sunt, vt aperta reprehensione sint digni.



• Ideo fauiente iā Nerone, ac tyranno nō imperatore exis-  
 • tente, post decenniū iterū Paulus in vincula relapsus est,  
 • & peius q̄ vnq̄ antea ab eo habitus. Vnde epistolā illā, q̄  
 • ad Timotheū habetur altera scribēs, prioris captiuitatis  
 • meminit his ferme verbis, In prima mea defensiōe nemo  
 • mihi astitit, sed oēs me dereliquerūt, non illis imputet, do-  
 • minus autē mihi astitit, & confortauit me, vt per me præ-  
 • dicatio impleatur, & audiant omnes gentes, & liberatus  
 • sum ex ore leonis. Vbi tunc Petrus fuisse censendus est?  
 • Romæ reuera non fuit, alioqui Paulo causam pro capite  
 • apud Neronis tribunalia peroranti, & sese defendenti cū  
 • non adfuisse, iniquū prorsus fuisset. Quē si ex industria  
 • q̄q̄ dereliquerit, nulla excusatione deinceps dign⁹ habe-  
 • retur, Ego tamen millies tolerabilius iudico, Petrū nūq̄  
 • Romæ fuisse credere, quam hanc calumniam, q̄ Paulum  
 • destituisset, in tam sublimem Apostolū rejicere.

### DUODECIMAE CALVMNIAE SVMMMA,

**P**aulus pacto iam dicto biennio, libertati suę restitutus  
 per Neronem, quem adhuc constat benignissimū egis-  
 se principē, denuo post aliquot annos, in carcerē ab eo  
 dē Nerone iā fauente, & tyrannidē exercente, cōiectus fu-  
 it. Ex carcere igif, secundā, q̄ ad Timotheū habet, epistolā  
 scribens, prioris captiuitatis meminit, ad hunc modū. In pri-  
 ma mea defensione, nemo mihi astitit, sed oēs me derelique-  
 runt, non illis imputetur, dñs mihi astitit, & cōfortauit me,  
 vt p me p̄dicatio impleatur, & audiant oēs gentes, & libe-  
 ratus sum ex ore leonis, Vbi tūc Petrus fuisse censend⁹ est?  
 Romæ reuera nō fuit, alioqui Paulo causam p capite apud  
 Neronis tribunalia poranti, & sese defendenti, iniquū pror-  
 sus fuisset nō adfuisse petrū. Q̄ si paulū ex industria dereli-  
 quisset, nulla deinceps excusatione dign⁹ haberet. Ego tñ  
 millies tolerabili⁹ iudico, Petrū nūq̄ fuisse Romę credere, q̄  
 hanc calumniā (q̄ paulū destituisset) in tā sublimē Aposto-  
 lum rejicere,

ij, Timo, iij, 3

RESPONSIO.



Aperta calūnia  
Veleni.

ij, Timo, iij,

Philip, ij,

**Q**Uāq; ipsam calumniā Veleni, breuiorem in formā contraximus, reiectis multis, quæ superuacanea videbantur, tamen vt eadem adhuc magis friuola cunctis appareat, paucioribus eam perstringere curabimus, ad hunc modum. Paulus testatur se fuisse derelictum ab omnib⁹, quā obrē & a petro, si tum is fuisset Romæ. At hoc de petro quē q̄ affirmare nephās est, nempe q̄ paulum in tanto discrimine destituisset. Non fuit itaq; petrus Romæ. Nos hic dicimus, Paulum de his fuisse locutum, qui sibi pridem ministrarunt, de quibus & paulo ante conqueritur. Demas inquit me reliquit, amplexus præsens sæculum, & profectus est Thessalonica, Crescens in Galatiam, Titus in dalmatiam. At nō erat ex eorū nūero petr⁹, a qb⁹ ipse Paulus tale ministeriū expectauit, habuit enim petrus negocia sua. Curam egit gregis sui. Et iam forte vidit instare tempus, quo maxime cōfirmari deberent in fide, ne metu cōsternarentur, & a suscepto christianismo deficerent, quū ipsum paulum, nempe tantum apostolum, audirēt sisti Cæsaris tribunalibus. Adde, q̄ satis ipse nouit pauli facundiam, nec de eius constantia quicq; dubitauit, sed & persuasissimum habuit sp̄m ei non defuturum, his aut alijs forte rationibus permotus Petrus, vtilius fore duxit, vt non deesset gregi suo (quem christus ei tantopere cōmenda uit) q̄ q̄ studio pauli (quem vel spiritu forte prænouit p̄ christo moriturum) gregem sibi cōmissum periclitari sineret. Intellexit ergo paulus, quū se derelictum fuisse quæreretur, vel de his, quos ex Iudea secum aduexerat, vel de alijs, quibus in negocijs ad se spectantibus, familiariter vti cōsueuit. Sed de Petro nequaq; quippe qui nūq; ei solitus fuit adhærere. Et dixit, omnes, more suo loquendi, quū certū sit, non omnes, eū deseruisse. Sic enim & alibi dixit. Omnes quærent, quæ sua sunt, non quæ Iesu christi, quū sciret esse non nullos, qui satis ardentem christum quærent, nempe Petrum, Iacobum, & Ioannem. Et ad eundem modum hoc loco dicit. Omnes dereliquerunt me. Quum tamen Lucas eum haud quaq; deseruisset, id quod in eadem epistola testatur Lucas (inquit) e mecum solus. At lucas (inquis) nihil iuuare Paulum in sua defensione potuit, potuit haud dubie, quandoquidē & alibi de



eo scribit Paulus, q̄ esset laus eius in euangelio, per omnes ij. Corint, viij,  
ecclesias Et rursum in ep̄la ad philemonem. Marcū, Aristar  
chū, demā, & Lucā, vocat adiutores suos.

### PERSVASIO TREDECIMA

Notū est Lucam Euāgelistam, & Apostolicarū actio  
nū historiographum, indiuisum totius peregrinationis  
Pauline fuisse socium, quem ille filij semper dilexit loco,  
honorificamq; eius mētionem plerisq; facit in locis dicēs,  
illius maximā laudem in euangelio fuisse. Nam cū omnes  
etiā a Paulo defecerint, hic solus nūquā ei non adherebat,  
non minis, nō vinculis, non sexcentis persecutionib⁹ per  
territus. Cuius historia ad hęc vsq; tpa, quibus Paul⁹ vin  
ctus e Hierosolymis Romā perductus, ibiq; in conducto  
a milite custoditus est, peruenit. Veluti eius rei capite vlti  
mo copiose meminit, quomodo videlicet Paulus Romā  
perduct⁹ fuerit, quomodo fratres, qui eo tempore Romę  
fuerant, ad Appij forum ei obuiam venerint, quomodo  
trium dieꝝ spacio euoluto, Iudeos ad se accitos habuerit,  
quomodo colloquutus cū eis fuerit, quomodo eis cōfuta  
uerit, & singula ordinatim prosequitur. Nullā tamē alicu  
bi mentionē de Petro facit, an vel alloquio Paulū aliquā  
do dignatus fuisset toto hoc biennio, vel quid rerū Petr⁹  
Romę fecerit interim, dū Paulus v̄bū dei ardētissime illic  
tū deprædicasset. Et tñ tunc tp̄is hanc historiā fuisse scrip  
tā creditur, quādo Paulo Romę in catenis degenti ille in  
trepide ministrauerat, qui vsq; adeo Pauli studiosus fue  
rat, vt quicquid hactenus de eo cōperat, cūcta in suā histo  
riā diligētissime cōgesserit, etiam Hieronymo de viris il  
lustribus attestāte, Lucę inquit historia vsq; ad biennium  
Romę commoranti Paulo peruenit, id est vsq; ad quar  
tū Neronis annū. Ex quo intelligimus in eadē vrbe librū  
esse cōpositū, Igitur visionē Pauli & Teclæ, & totā bap  
tizi Leonis fabulā, inter Apocryphas scripturas cōputa  
m⁹. Quale enim est, vt indiuiduus comes Apostoli inter  
cæteras ei⁹ res hoc solū ignorauerit; hacten⁹ Hieronymus



At quid hoc: nōne non solū Apocryphū, sed plus, quam  
 falsissimū erit, Petrū Romā secūdo Claudij anno venisse,  
 ibiq; viginti quinq; annis episcopatum tenuisse? Cui<sup>9</sup> Lu  
 cas in tā præsantissima diligētissimaq; historia nullā mētio  
 nē facit, qui dubio procul, si tunc Romæ fuisset, nō hoc to  
 to biennio ociosus complicatis, vt dicitur, manib<sup>9</sup> illic se  
 disse, vel saltē nō sic delituisse, quin a Paulo vel Luca cō  
 spici, inueniriq; interdū potuerit.

#### CALVMNIAE TREDECIMAE SVMMMA.

**L**ucas Euangelista, gestorum apostolicorū scriptor, &  
 totius peregrinationis Paulinæ comes indiuisus (cui<sup>9</sup>  
 historia ad ea tempora, quibus vinctus e hierosolymis  
 Paulus Romam perductus, ibiq; in conducto a milite custo  
 ditus est, peruenit) copiose meminit, quomodo fratres, q; eo  
 tempore Romæ fuerant, ad appij forum, paulo venerint ob  
 uiam, quomodo triū dierū euoluto spacio, Iudæos ad se ac  
 citos coram habuerit, quomodo collocutus cum eis fuerit,  
 & eosdem confutauerit, ac singula prosequitur ordinatim.  
 Nullam tamen alicubi mentionem de petro facit, an vel al  
 loquio Paulum aliquando dignatus fuisset hoc biennio to  
 to, vel quid rerum Petrus Romæ fecisset interim, dum pau  
 lus ardentissime dei verbum ibidem prædicasset. Ip quod  
 haud dubie ne lucas siluisset, nec prætermisisset Petr<sup>9</sup>, mo  
 do tunc fuisset Romæ.

#### RESPONSIO:

**H**AEC calūnia si roboris alicui<sup>9</sup> esset, æqua facilitate col  
 ligerem, alia plurima nunq̄ esse facta, quæ tamen reue  
 ra fuerant. Quid enim Lucas de ihs, quæ toto illo bi  
 ennio Paulus egit, memorat, nisi summati & q; paucissimis  
 verbis? Mansit (inquit) Paulus biennio toto in suo cōducto  
 & suscipiebat omnes, qui ingrediebantur ad ipsum, prædi  
 cans regnum dei, ac docens quæ sunt de domino Iesu, cum  
 omni fiducia, nemine prohibente, haften<sup>9</sup> ipse lucas. Neq;  
 aliud quicq; de toto hoc biennio narrat. Nihil de illis omni  
 no dixit, quos ex domo Cæsaris magna sibi necessitudine cō  
 iūxit paul<sup>9</sup> quorū etiā nomine philippēses ausus est salutare.

Actuum vlti.



Salutant (inquit) vos oēs sancti, maxime autē qui ex Cæsa-  
 ris domo sunt. Nihil de literis, quas certū est paulū ex con-  
 ducto suo misisse varijs ecclesijs, nēpe Galatarū, Ephesiorū,  
 Philippensū, Colossensū, quas adhuc orthodoxi maxima  
 veneratione legunt. Nihil de Pauli raptu ad prætoriū, aut  
 de sua defensione, quū tñ paulus ad Philippenses testetur,  
 vincula sua manifesta facta fuisse in toto prætorio, ac cæte-  
 ris oibus. Quāobrem si negatiuum argumentū quicq̄ vale-  
 ret, nihil horū aliqñ fuisse, pari efficacia cōuinceremus. Sed  
 vt propius ad rem veniam⁹, eadē calumniā paucis monstra-  
 bimus, Petrū Antiochiæ fuisse nunq̄. Quod tñ falsissimū  
 esse, paulus ad Galatas apertissime docet. Quum venisset  
 (inquit) Petrus Antiochiā palam ei restiti. Nam anteq̄ ven-  
 nissent quidā a Iacobo, vna cū gentib⁹ sumebat cibū. Quū  
 aut venissent, subduxit se ac sepauit se ab illis, metuens eos, q̄  
 erant ex circūcissione, ac simulabant vna cū illo ceteri quoq̄  
 Iudæi, adeo vt Barnabas simul abduceretur in illorū simula-  
 tionē. Verū vbi vidissem, q̄ nō recto pede incederent ad  
 veritatē Euāgelij, dixi Petro coram oibus. Si tu quum sis Iu-  
 dæus, gentiliter viuis ac nō iudaice, cur gētes cogis Iudaiffa-  
 re: Ecce q̄ mō petro quū Antiochiæ fuerat palam restitit ei  
 paul⁹, & qua rōne. Cæterū de ijs Lucas ne ybū qdē scripsit.  
 Quāobrem & iuxta Cauillū tuū, nūq̄ fuisse Antiochię pe-  
 tr⁹. Sed Hieronim⁹ eiusmōdi sophistas, qualis Velen⁹ est pui-  
 dens, hūc locū in eplā ad Ephesios tractans, his p̄sternit ver-  
 bis. Nec mirū esse, si Lucas hāc rē tacuerit, quū & alia multa  
 q̄ paul⁹ sustinuisse se replicat, historiographi licētia p̄termi-  
 serit. Et paulo post, Deniq̄ p̄mū ep̄m Antiochiæ ecclie pe-  
 trū fuisse accepim⁹, & Romā exiñ trāslatū, qd̄ Lucas penit⁹  
 omisit. Perperā igit̄ aduersari⁹ colligit, nō fuisse Romæ Pe-  
 trū, q̄ Lucas de p̄ntia ei⁹ nullā fecerit mētionē. Ad hæc, oēs  
 testāt, Epheli Ioānē sedisse, vbi & rogantib⁹ eū Asianis ep̄is  
 euāgelij suū scripsit. Verū quū septi⁹ Ephesū venisset pau-  
 lus, ibi p̄ triēniū, vt acta phibēt, fuisse cōmorat⁹, nihil vnq̄  
 Lucas meminē, an vel alloqo suo Ioānes paulū aliqñ fuisse  
 dignat⁹ hoc toto triēnio, vel qd̄ res Ioānes Ephesi fecisset,  
 interin dū Paul⁹ ardētissime Christi ybū illic dep̄dicasset.

Philip. vlti.

Philip. i.

Gala. ij.

Hieronimus,  
 Velenus sophi-  
 sta.



Qua incaute  
colligit Velen<sup>9</sup>

Actuum vlti.

Quis iam non p̄spicit q̄ ineptissime dialecticatur Velen<sup>9</sup>  
noster, colligere molitus, petrū nunq̄ Romæ fuisse, ex eo q̄  
Lucas aduentū Pauli Romā, describens, nullā de petro fecit  
se mentionē. Sed heus, bone Velene, legis ne apud Lucam  
ultimo capite, q̄ quum audissent fratres de Paulo, prodie-  
runt in occursum ei<sup>9</sup>, vsq̄ ad Appij forū, ac tres tabernas.  
Et qui scis, an inter istos fuisset Petrus, p̄sertim quū indis-  
criminatim oēs appellari fratres cōsueuerunt? Sed inquires,  
Tum expressisset Petrū noiatim, Nihil oportet. Nā & ali-  
os possum cōmemorare tibi locos, quibus ita nō facit. Sed  
neq̄ deinceps ad finē vsq̄ libri cuiusq̄ alterius, p̄ter q̄ vni-  
us Pauli, nomenclaturā apposuit, quum non sit dubium vi-  
ros egregios & insignes in ea nihilominus fuisse multitudi-  
ne, Sed iam abunde satis enertur ista Calumnia.

### PERSVASIO QVARTADECIMA.

Circiter vigesimū septimū post ascensionem Christi  
ad patrē, ac Neroniani imperij quartū aut quintū annū,  
petrū Romæ nondū fuisse, id iā tā manifestū, q̄ quod ma-  
nifestissimū est. Sed quia neq̄ vltimo Neronis anno, hoc  
est post passionē Christi, & ei<sup>9</sup> ad parētis dexterā ascēsi-  
ōne tricesimo septimo illic venire potuerit, hoc deducitur,  
Qm̄ Paulus e manib<sup>9</sup> Neronis elapsus in Hispaniam, vt  
Lyra & alij quidā volunt, & p̄tes occidentis iter adorna-  
uerat, Eius em̄ intentionis A postolū fuisse, etiam cū Ro-  
manis literas scripserat certū est. Peractis at̄ ibi decē anis,  
rursū ad Neronis man<sup>9</sup> deuenit, & mortē accelerare vi-  
dēs, scripto timotheū cōmonefacit, vt allūpto secū marco  
Romā sese recipiat, eo q̄ p̄ter Lucā, null<sup>9</sup> iā ei residu<sup>9</sup> fue-  
rit collega. Sed quō tuis dictis, mi Paule, fidē habere po-  
tero, cū tota hęc Romana colluuiēs, a secūdo Claudij an-  
no vsq̄ ad finē imperij Neroniani, Petrū p̄petuo Roma  
durasse exerta voce p̄clamet? Qui ergo fieri potuit vt so-  
lus cū Luca Romæ fueris? O doctor gentium facile id tue  
credo veracitati, Petrū Romæ nunq̄ te vidisse, & alijs re-  
cedentib<sup>9</sup>, solū cū Luca remanisse, Nihil me mouent ver-



ha sacrae scripturae tyrannos, qui Christi, ac tua dicta ad-  
ulterare, foedissimeque pstituerent in delicijs habent, Cater-  
eadem epistola scribit, Det misericordiam dñs Onesiphori  
domui, quia saepe me refrigeravit, & catenam meam non eru-  
buit, sed cum Romam venisset, solícite me quaesivit, & inue-  
nit, det illis dñs inuenire misericordiam a deo in illa die. Non  
obscure est ex his verbis, quantam gratitudinis erga eos fue-  
rit Apostolus, qui officium aliquod in eum contulerint, ut non  
possit hic satis gratulari, ac suum gaudium verbis exprimere,  
quod ei conciliauerat Onesiphorus suo adventu, qui peregre  
veniens, non tamen conquisiuit, donec huc inuenisset. Potuit  
certe Onesiphorus hic a Petro, si tunc fuerat Romae, certius  
effici, quomodo locorum Paulus Romae sese continuerit, & libe-  
ratus fuisset multum anxiam illam sollicitudinem, qua Paulum hinc  
inde per Romam discurrendo inuestigauerat. Mirum, si Paulus  
neminem praeterit, a quo aliquod plentiscerit beneficium,  
quod Petrum Romanum, ut aiunt, incolam, suum nunquam scribit ad-  
uisitasse carcerem, quem tamen amantissimum sui spiritus habuerat fra-  
trem, nempe a quo in Catholica illa sua Paulus charissimus  
nominatur frater. Quamobrem verissimum est ad ultimum  
usque Neronis annum Petrum Romae non fuisse, cum nec, salue-  
re iubens Timotheum, fratrum qui Romae tunc aderant no-  
mine, Petrum admemoret. Salutant te Eubolus & Priscus  
& Linus & Claudia, & fratres omnes. Non video, cur ex idus-  
tria suppressere Petri nomen voluisset, cuius alioqui sem-  
per fuerat obseruatissimus. Quomodo igitur viginti & quinque  
annis Romae egit, quomodo a Nerone passus est, cum nec sub eius  
imperio venire quocumque illac potuerit.

CALVMNIAE Q VARTAEDE,  
CIMAE SVMMMA.

**I**N secunda ad Timotheum epistola, comonefacit eundem  
Paulus, quatenus assumpto secum Marco, Romam sese reci-  
piat, eo quod praeter Lucam, nullus iam ei residuus esset collega.  
Quod sane verum esse non potest, modo Petrus fuisset Romae.  
Sed neque Timotheum saluere iubens fratrum nomine ( qui Romae

ij. Timo, vlti.



ij, Petri, iij.

tum fuerant, Petrum ad memorat, quum alioqui Paulus Petri fuerat obseruatissim<sup>9</sup>, & is vicissim in catholica illa sua, paulum charissimum nominauerat. Debit itaque, vel ob hanc rationem, Petrus humanitatis aliquod officium exhibuisse Paulo, atque is vicissim illius officij meminisse quum ad Timotheum scripserit, quemadmodum & meminit Onesiphori, quod se studiosius Romae quaesierit, quaesitumque tandem inuenit.

### RESPONSIO.

Consuetudine dialectica Veleni.

**P**ergit Velenus in sua consuetudine dialectica, subinferre stitens, Petrum ex eo Romae non fuisse, quod quum Paulus datus ad Timotheum literis, a notatis aliquot fratribus ei salutem diceret, nihil omnino de Petro sit locutus. Sed hanc furtivam dialecticam nos ante sepius explosimus. Neque enim quum ad Ephesios (vt ante diximus) ipse Paulus scriberet, quantum praesentem habuisset Timotheum, quem & illis ante praefecerat, nequaquam tamen eius nomine salutauit eosdem, sed neque ipsius villo verbulo meminit. Quae autem in illa epistola, potius Onesiphori quam Petri meminisset, in causa fuit, quod ille tunc Ephesi domicilium habuerit, vbi & Timotheus est commoratus, sed & fuerat vtrique valde familiaris. Porro Timotheus an Petro notus fuisset, obscurum est, quum ille non ante fuerat circumcisus quam Petrus ex Iudaea commigrasset. Nam post Barnabae a Paulo separationem, venit Timotheus in noticiam Pauli, vt in Actis xvi. capite traditur. Sed iam reliquum est, vt priorum huius calumniam partem diluamus, in qua recenset aduersarius, dixisse se Paulum, quod praeter Lucam, nullus iam Romae residuus et collega fuerit. Vnde & colligere molitur, nec Petrum fuisse Romae. Nam si Romae fuisset Petrus, Paulus eum haud dubie collegam habuisset. Caeterum Paulus nequaquam id dixit, nempe se non habuisse collegam Romae, sed ita, Lucas mecum est solus. Quid pro haec verba Paulus intelligi voluit, iam disquiramus. Primum, non intellexit, quod nulli tum fuissent alij Christiani Romae, praeter seipsum & Lucam. Neque enim credibile est, quum tanta multitudo iam pridem ad Christum fuisset conuersa (quam rem & Paulus ipse testatur ad Philippenses) quod iam om-

ij, Timo. i.

Actuum. xvi.

ij, Timo, iij.

Philip. i.



nes essent auersi, & prorsus ad vnū a fide defecissent. Nāsi 1  
 Romæ fuerat coelecta ecclesia Christi, priusq̄ ibi paul⁹ præ  
 dicasset, vt & fuisse cōpertissimū est, nemini dubiū esse pōt  
 quīn per ei⁹ p̄ntiā & viuā prædicationē, eadē facta sit cōfir  
 mator. Adde, q̄ nec eius t̄pis, ecclesia decrescere facile po  
 tuit quū, vt Hilari⁹. viij. de trinitate testatur, Hoc habet p̄  
 priū ecclesia christiana, vt dū persecutionē patitur floreat, Hilarius,  
 dum opprimitur crescat, dū cōtemnitur persistat, dum lædi  
 tur vincat, dum arguitur intelligat, tunc stat, quū superari  
 videatur. Hæc Hilari⁹. Supfuit igit̄, q̄n Paulus sc̄o Romā  
 aduenit, christianorum illic aliqua multitudo. Sed nec ista  
 multitudo pastore caruit, quē & sub se multos habere coad  
 iutores necesse fuit. Vides igit̄ vt Paulus istos non exclu  
 sit, quū dixerit, Lucas mecū est solus. Cæterū nec ijs verbis,  
 recentiores quosdā exclusit comites. Nā vt in eadē ep̄la tes  
 tatur, tū p̄ntes habuit Eubulū & Pudentē, Linūq̄ & alios ij, Timot. vlti.  
 fratres. Sic em̄ in ep̄stolæ suæ calce scripsit, Salutat te Eubu  
 lus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres oēs. Pro vete  
 rib⁹ atq̄ comitib⁹ locutū fuisse paulū oportet, quū dixerit,  
 Lucas mecū est solus. Nam & ipsos ante noiauit. Demas (in  
 quit) me reliquit, amplex⁹ præfens sæculū, & p̄fect⁹ est Tes  
 salonicā, Crescens in Galaciā, Titus in Dalmatiā, Lucas me  
 cū est solus. Liqueat igit̄ aduersariū hoc sophisima sicut &  
 cætera priora de nihilo struere fuisse conatum.

### PERSVASIO Q VINDECIMA:

Præter ep̄stolas iam dictas, Pauli e Roma missas,  
 sunt quædā alię familiariores responsiuæ ep̄stolæ ipsi⁹ ad  
 Senecam, Neronis imperatoris præceptorē scriptæ, quas  
 ego nonnullis argumentis, tunc fuisse scriptas arbitror, cū  
 Paulus secundo iā Neroni præsentaretur. Primum, quia  
 iam Nero Cæsar furibundus, atrox, petulcus, adulter, &  
 omni prope viciorum contagio fuerat pollutus, quod de  
 priori eius quinquennio nullus credere potest. Secundo,  
 quia id t̄pi Paulinæ quædam ep̄stolæ, quas vbi in priorī  
 captiuitate Romę teneret, ad quosdā ecclesiarū direxerat,



ad manus Senecæ iā tunc deueniant, ex quibus ille non  
nihil profecit, quod priori biennio, quo Romæ tenebat Paulus,  
fieri non potuit. Tertio, quod Seneca in vna epistolarum ad  
Paulum descriptarum, Romani incendij a Nerone facti meminit,  
quod ad finem declinante Neronis imperio factum est,  
cum Orosius non ita multo post, Petrum & Paulum commenda-  
cio deceptus, a Nerone martyrium passos scribat. Et sequenti  
mox autumno, pestilentiam Romæ obortam adeo magnam,  
ut vno autumno ad triginta millia hominum vita decesse-  
rint, quam pestilentiam Neronis imperio decrecente factam,  
Suetonius in vita ipsius designat. Illis itaque ambobus Ro-  
mæ degentibus, Paulo in carcere, Seneca in regia Neronis,  
cum alter de altero magna sibi polliceretur, & neuter neutrum  
alloqui potuisset, vel quod inde vtriusque immineret periculum  
(quoniam quidem lege cautum fuerat, ne quisquam Christianum, aut Iu-  
dæum alloqueretur) vel quod Senecæ non fuerat integrum Pauli  
linum carcerem aduiscitare, ne quid exinde tyrannum offende-  
ret, aut ipse quoque conijceretur in carcerem. Quapropter  
epistolis hæc colloquendi sarciebant penuriam, & quidem mu-  
tuum amorem vtriusque præ se ferentibus, neuter tamen Petri alicubi  
meminit, qui viginti quinque annis iam tum Romæ agere  
debuerat, nondum tamen fuerat Senecæ doctissimo, in Christi-  
anos benignissimo homini cognitus, cui proculdubio non  
nihil gratificatus fuisset, si quod Paulus ob carceris impedimen-  
tum non poterat, ipse eius desiderio satisfecisset, & de  
Christo secum confabulatus, in numerum Christianorum asse-  
ruisset. Quod Paulus etiam facere debuit, ut ablata sibi Senecæ  
necesse alloquendi copia, eum ad Petrum nulli Apostolorum post-  
ponendum relegaret, qui nihilo deterius fidei Christianæ  
primordia ei tradiderit. Sed quis, nisi forte ex oculatus non  
videat omnia hic repugnare pestifera huic opinioni, quod Petrus  
romam uenisse, a Nerone passus, cum tot rationibus com-  
munitur, ad ultimum usque Neronis imperij annum, Petrum Romam  
nunquam uenisse, tamen abest, ut martyrium ab eo passus fuerit.  
Namen legitur & in ea, quæ tertia est Senecæ ad Paulum episto-  
la, quod eius plurimum rei causa Nero Apostolo fuerat indi-  
gnatus, quod a ritu, & secta pristina Iudæorum, qui pharisæus



olim fuerat, non solum ipse recesserit, sed & alij hoc suaserit faciendum. Quod plane Petrus prior Paulo Romae facere debuerat, si tot annis ante aduentum in urbem ipsi illic resederit.

### CALVMNIAE Q VINDECIMAE SVMMA

**I**N epistolis insup illis quae Pauli & Senecae noibus inscribuntur, nulla prorsus fit mentio Petri. Sed & in ea, quae tertia est Senecae ad Paulum, legitur, quod eius rei causa Nero plurimum indignabatur paulo, quod a ritu & secta pristina Iudaeorum (qui phariseus olim fuerat) non solum ipse recesserit, sed & alij hoc suaserit faciendum. Quod plane Petrus prior paulo facere debuerat, si tot annis ante aduentum ipsius in urbem illic resedisset. Quare nec Romae prior fuit petrus.

### RESPONSIO.

**N**ec vllius ponderis hanc calumniam esse, manifestissimum est, non modo quod ex negatiuis ipsa procedit, verum etiam quod epistolae dictae, vel eruditissimorum censura, negantur a paulo Senecaeque conscriptae. Testatur hoc imprimis Erasmus, cuius in hac parte iudicium, aduersus alios mille, mihi sufficeret. Sed finge rem ita se habere, quod illorum essent hae epistolae. Quid in eis quaeso continetur, quod cum nostro pugnet instituto? Nunquid si paulo, quia phariseus fuerat, & sectam reliquerat pharisaicam Nero succensuit, propter hoc debuit & Petro succensere, qui phariseus non erat, neque talis unquam sectae cultorem se profitebatur? Sed iudaeus (inquit) erat petrus. Esto. Neque iam negaret se iudaeum esse, quamquam christianus esset factus, quam & Christianus quisque multo verius iudaei nomen teneat, quam is, qui solum carnaliter est iudaeus. Sed vnum quae so compertum est cuius, quod non simile aduersus petrum Nero concepisset indignationem: Num epistola Senecae palam id negat? Audiamus epistolam, quae sic habet. Seneca & lucilius paulo, *Epistola Senecae*  
*Nimio tuo angimur recessu. Quid est, vel quae te res remo* *cx.*

**G i**



ratum faciunt. Si indignatio dñi, q̄ a ritu & secta veteri recesseris, & alios rursus conuerteris, erit postulandi locus, vt ratione factum, non leuitate, hoc existimet, Vale Paule charissime. Hæc est illa, vi, epistola tam eximia, vt Senecæ & Lucilij noie digna sit, quæ ad Paulum scribatur. Quæ certe nec affirmat, q̄ Nero sit aduersus Paulū indignatus, Sed vt hoc affirmarit, non negat tamen, quin pariter & aduersus petrū vere succensuerit. Et tamē, ex hac epistola molitur aduersarius ostendere, Petrum nō fuisse Romæ.

#### PERSVASIO SEDECIMA:

Neminem adeo hebetem, ac stupidū puto, quin intelligat Petrum nō modo Romæ passum nō fuisse, sed ne eū fuisse illuc quidem. Et ne quis moueatur inuerecunda illa Romanæ Curia voce, tot testimonia proferētis, perpēdat secum, quam item de passione Petri, & Pauli alterutrū cōueniant authores. Ambrosi<sup>9</sup> sermone illo sexagesimo septimo, de Petri & Pauli martyrio differens dicit. Vna die, vno in loco, vnus tyranni tolerauere sententiā, & hæc cū multis alijs communis est ei opinio, imo totius Romane ecclesie, in eorum solennitate decantantis. Gloriosi principes terræ, quomodo in vita sua dilexerūt se, ita & in morte nō sunt separati. Falsa vero esse hæc, passionis vtriusq̄, sub nomine discipulorum Pauli cōfictę produnt, dū neq̄ cum istis, neq̄ secū cōueniāt. Quod enim hic dicitur vna die eos passos fuisse, id Linus apertissime negat, & hoc vna quidē ratione, quas ego ob prolixitatem huc non adduco, verum lectorem ad passiones illas per cōmentitium Linum descriptas, & a Iacobo Stapulense latinitate donatas remitto. Dionysius vero, non ille Pauli discipulus, sed nescio quis mendacissimus nebulo, priori opinioni subscribit. Sed nunquid & vno in loco passos cōcorditer omnes scribunt, hic vide mendaciorum portenta. Quidam enim hoc fatentur ingenuè, cantāte etiam Romana ecclesia, ne in morte eos fuisse separatos, sed sicuti vna die, ita in vno loco morti fuisse traditos. At Linus Petrum in loco, qui



Naumachia appellabatur, cruci præpostere affixum scribit. In quo autem Paulus ceruicem amiserit, non meminit. Sed hoc vno satis testatur noluisse se dicere, vno in loco passos, cum alios apparitores, & carnifices, alios mortis spectatores eorum vtrique assignet. Porro Dionysius ille, apertis verbis ab eorum diuariat sententia, nam inquit cum ad mortem ducerentur, & ab inuicem separarentur, Petro dixisse Paulum, Pax tecum, fundamentum ecclesiarum, & pastor ouium, & agnorū Christi. Dein quod Neronis edicto ambo ad exitium puenerint, ne hic quidem cōsentiant. Nam cum omnes eius rei Neronem pronunciet authorem, solus tamen Linus, Agrippam Petrum interimere impasse testat. Scribit namque, quod Petro Romæ degente multæ sexus foeminei monitu Petri, illecebris luxurię abrenūciauerunt, inter quas Agrippæ concubine quatuor fuere, quarum continentia indignationis materiā Agrippæ prebuerat, ita ut Petrum cruce interimere iusserit, hac de re (quæ uis tota Roma tumultuaretur) imperatore tamen nihil sciente. Et multa sunt figmenta, quibus illi mutuo dissident, dum nihil certi super ea re pronuciare nouerunt, quæ ibi ergo fides, ubi nulla est concordia. Nam vel hoc solum dissidiū mendaciū eorum prodit. Nec dum vnum vidimus arbitrum, qui hanc intolerabilem inter eos litem dirimere aliquando ausus fuisset. Historiæ enim, quam de Nerone quidam nobis reliquerunt, insecure est credere, ut iam Iosephus adscripsimus verba. Imo res profecto miranda, quod Iosephus ipse, qui a Vespasiano, expugnata Hierosolyma, Romam perductus est, ibidemque agens Domitiani fere superauit tempora. Et historiam Iudaici belli in vrbe conscribens, dum Vespasiano, eiusque filio Tito nominatim dicauit, in eaque a Nerone interemptorum, ut etiam alias in Antiquitatibus meminit, nec ullam mentionem de Petro ac paulo facit, qui tamen erga Christianos fauentissimus fuerat, & arrepta occasione, non sine honoris procemio eorum solebat meminisse, velut Ioānis baptiste in Macherōta castello obtūcati, libro Antiquitatum duodeuigesimo. Et Iacobi apostoli fratris Christi Iesu, ac Hierosolymitanorum presbyteri li. xx.



Id propter crediderim ego vitæ exitū, Hierosolymis vna  
cū Iacobo, & quibusdā alijs Petrū accepisse, siquidē Iose-  
phus, & alios nōnullos tunc tēpōris cū Iacobo, ab Anano Iu-  
dæorū pontifice interfectos scribit. Nā & ipsa reclamatione  
ratio Petrū vna die interitū cū paulo habuisse, quā Chris-  
to vocatus, vxorē & liberos, imo locrū, quā Christus a fe-  
bre vexatā pristinæ sanitati reddidit, habuisse legitur, &  
oim Apostolorū habebatur annosissimus, vtpote cui⁹ ca-  
nicie paulus (vt Athanasio placet) reueritus, post tres con-  
uersionis suæ annos, ei⁹ videndi gratia Hierusalē accessit,  
cū tñ ipse adulescens adhuc fuerit, vt Actorū habetur sep-  
timo. Attñ in euangelica functione, tam diu versatus est,  
vt ad discipulos vnice sibi dilectos scribens, ætate se iam  
confectū aliquoties fateret. Quis se cōmittat labyrintho  
huic inextricabili, quē vobis tortuosissimis suis opinionib⁹  
bus, velut muscipulas qualdā adornāt scriptores, nec quā-  
piam tam certi alicubi occurrit, quo ceu filo quodam di-  
cti ad exitum earum perueniamus.

#### CALVMNIAE SEDECIMAE SVMMÆ:

Scriptorū dissidia plane docent, nec Petrū fuisse passim  
Romæ, quū neq; de tempore, neq; de loco conueniant.  
AMBROSIVS primū, sermone lxxij. scribit, eos vna  
die, vno in loco, vnus tyranni tolerasse sententiam.  
LINVS cōtra, nō vna die passos fuisse cōtendit, & quā lo-  
cū, quo Petrus mortē oppetijt, exprimat, in quo tñ Paulus  
ceruicē amiserit, nō meminit. Sed hoc vno satis testatur, vo-  
luisse se dicere vno in loco passos, quū alios apparitores &  
carnifices, alios mortis spectatores eorū vtriq; assignet.  
Porro Dionysius apertis vbis ab eorū diuariat sententia,  
Nā is ait, quū ad mortē dūcerentur, & ab inuicē separarent,  
Petro dixisse paulū, pax tecū fundamentū ecclesiarū, & pas-  
tor ouīū & agnorū Christi. Cæterū nec de iudice consenti-  
unt. Nam quidā Neronis edicto, ambos ad exiciū puenisse  
contendunt. Linus tñ Agrippæ testatur imperio, petrū cru-  
ci fuisse affixum.



SED neq; Iosephus, qui Romæ suâ conscripsit historiâ, & multoꝝ a Nerone peremptoꝝ meminit, vllâ de petro, paulo mentionem facit, qui tñ erga christianos erat fauentissimus, & scriptis necem tã Ioannis baptistæ, q̃ Jacobi fratris dñi mandauit. Adde, q̃ & ipsa reclamatione ratio, petrũ simul cũ paulo diem eundẽ obijisse. Nam petrus, qñ a Christo vocabatur, vxorẽ habuit & liberos, imo socrum, & oim Apoloꝝ annosissimus habebat, vtpote cuius caniciẽ paul⁹ (vt Athanasio placet) reueritus, post tres conuersionis suæ annos, eius videndi gratia, hierusalem accessit, quum ipse tñ adolescẽs adhuc fuerit, vt Actoꝝ habetur septimo, & post Actuum, viij. id in euangelica functione tamdiu versatus sit, vt ad discipulos vnice sibi dilectos scribens, ætate se iam confectum aliquoties fateretur. Ob quas rationes opinari se dicit aduersarius, nō Romæ sed Hierosolymis Petrũ fuisse passum, & eodem tempore, quo Iacobus Hierosolymitanoꝝ Episcopus vitæ suscepit exitũ. Nam Iosephus & alios nonnullos tunc tps, cũ Iacobo ab Anano pontifice scribit interfectos.

### RESPONSIO.

**I**ntelligis lector, vt hæc Calūnia non est simplex, sed varia continet in se sophismata, quibus & iam p ordinẽ respondebim⁹. Et primũ ad illud, de scriptoꝝ discordia, putamus nos abũde satis dixisse supius, vt quanq̃ inter eos de tpe, & loco, & iudice variatũ fuerit, quia tñ in hoc nullus eorum alteri nō subscripserit, nempe q̃ Romæ Petrus & paulus occubuerint, oportet eos cōsensu oim, aliqñ Romæ fuisse. Sed & minima debet putari discordia, quæ fit ob vnã diem, id quod ei qui vel aliquot historias legerit, est notissimũ. Ade, q̃ si scriptoꝝ varietas ob vnã diem, fidei rei gesta quæat derogare, nec Christus ipse crucifixus credetur. Nã veteres aliquot, inter quos & Tertullianus est, Chriostomus, & Cyrillus, viij. Calendas Apriles id factum asserũt, Niceta ꝑo & ipse grecus autor, x. Calendas Apriles. Theophilus Casariensis, xi. Calendas Apriles. Victorinus lenionicensis (vt Beda tradit) viij. Calendas Apriles. Rogerus

Hæc calūnia est  
sophismatibus  
sparsa.

Scriptorẽ variã  
etas de die passi  
onis Christi.

Tertullianus.  
Chriostomus.  
Cyrillus.  
Niceta grecus.  
Theophilus  
Victorinus.



Non est tanta  
iter autores va-  
rietas, quāram  
prætexit vele-  
nus.

Ambrosius.  
Linus.

Dionysius.

Iosephus.

Bachion & ipse scribens ad Clementem papā non aliquo  
Calendarū Aprilium sed die tertio Aprilis colligit Christum  
fuisse crucifixū. Ecce, quanta sit ob diē passionis Christi va-  
rietas inter scriptores. Quāobrem si scriptorū varietas de-  
trahere fidē historię posset, nec Christū fuisse crucifixum  
existimabimus. Cæterū nec istud aduersario concesserim,  
quod tanta sit inter autores hac de re controuersia, quantā ip-  
se prætexit. Nā semel & iterū vtriusque apostoli vitas (quas a  
alino scriptas, faber latinitate donauit) plegi, nec vllam in-  
ter Ambrosiū & Linū discrepantiā inuenio, præterquā de iudice,  
de quo mox viderimus. At quantū ad diē (quicquid faber  
in præfatione dixerit) nihil apud ipsum Linū variatū lego. Sed nec  
quātū ad locū. Nā quū diuersū ipse Linus locū haud exprimat, nec  
ex ipso potes astruere, diuerso loco fuisse necatos. Sed pone  
diuersa fuisse loca particularia, nihil tamen id Ambrosio reluctat  
quū ipse de loco generali, nempe Roma fuisset locutus. De iudice  
vero quod verat ab Agrippa morti Petri adiudicari, & tamen idip-  
sum edicto Neronis fuisse factū. Sed nec Dionysius, cæte-  
ris quicquam aduersatur. Quid enim, si verba quædam ab  
Apostolis mutuo sibi dicta, Dionysius memorat, quæ tacet  
alii, num ob id alijs erit ipse contrarius. Neutiquam id con-  
sequitur. Sed iam veniamus ad Iosephum, qui licet duorum,  
qui ad Christum attinebant, hoc est Ioannis baptistæ & Ia-  
cobi fratris domini, necem non tacuerit, de Stephano tamē,  
& altero Iacobo, cæterisque compluribus locutus est nihil.  
Sed & hic non satis aduersarij vafriciem, nescio dicā an ma-  
liciam potius, mirari possum, qui, quum opinatur Petrum  
Hierosolymis sub Anano pontifice cum Iacobo cæterisque  
compluribus extinctum fuisse, nec ex eo quicquam offendit-  
tur, quod Iosephus Petri nomen suppresserit, & tamen hoc lo-  
co tam exacte requirit, & vrget, vt iam subteriri nequaquam  
debuisset. Porro quod dicit rationem ipsam reclamare, quod Pau-  
lus vna die cum Petro mortem subiisset, quum alter esset  
adulescens, alter annosissimus. Si de morte naturali sermo  
foret, non admodum reluctarer, sed quum de violenta ne-  
ce loquimur, quid prohibet, quo minus eodem tempore am-  
bo fuissent passi. Quandoquidem & vterque, pro naturæ  
cursu diutius adhuc vixisse potuerat. Cæterum & illud rursus



dignissimum est, q̄ aduersarius Petrum opinatur Hieroso-  
lymis fato concessisse; id quod nemini scriptorum, vnquam  
in mentem ante venerat. Euoluantur oim historiae, quas ad  
hunc vsq; diem conscriptas quisq; norit, legantur interpre-  
tes, discutiantur commentarij, nemo penitus inuenietur,  
græcus, aut latinus, doctus, aut indoctus, quem non puduit  
fingere tam insigne mendacium. Sed & vsq; adeo cæcutit  
aduersarius. vt non aduertat, quo modo priores calumniae  
ferme omnes in suū caput retorqueantur. Nam prima, quæ  
dissidio nititur historicorum, præsens aduersarij commētū  
facile tollit. Nam si quorundā historicorum mutua inter se  
contradictio, alicuius historiae fidem eneruet, quid putabi-  
mus, vbi concorditer omnes contradicunt, quemadmodū  
& hoc loco fieri cōpertissimū est: omnes enim vna voce re-  
clamant, alibi petrum occubuisse, q̄ Romæ. Secunda etiam  
id ipsum refellit. Nam prope finem eius colligitur, sub Ves-  
pasiāno Petrum haudquaquē obiisse. Quia nemo scriptorū  
hactenus hoc vel dixisse, vel scripsisse compertus est. Quæ  
collectio, cur non æque valebit hoc loco, quum nullus vnq̄  
scriptor aut dixerit, aut scripserit, sed ne somniaueris quidē,  
Petrum Hierosolymis exitum habuisse? At prolixū foret  
singulas retorquere calumnias. Ex sexta molitur, q̄ quum  
iam Roma Narcissum habuerit episcopum, nihil opus esset  
habere Petrū, hominem veteranum & defectum viribus.  
Annon pari modo subinfertur? Quum Hierosolyma Iaco-  
bum, & Apostolum, & Episcopum haberet, quid opus fue-  
rit, simul habere Petrum, nempe veteranū & defectum viri-  
bus? Sed veniamus ad. xiiij. Lucas (inquit) qui diligentissime  
scripsit aduentum Pauli Romā, & quo mō fratres ei venis-  
sent obuiā, nihil de petro meminuit. Quāobrem nec Romæ  
tum petrus erat. Nunquid nō æque colligitur, Petrū haud-  
quaquē fuisse Hierosolymis, quādo paulus illuc postremo cō-  
cesserit? Nam idem Lucas, in hoc aduentu, Iacobū & cæte-  
ros fratres prolixū cum Paulo sermonem habuisse testatur,  
quum tñ de Petro nulla facta sit mentio. Adde, q̄ hoc men-  
daciū longe deterioris conditionis Petrū facit, q̄ aliorū apos-  
tolorū quemlibet, quum tñ ipse princeps omnium fuerit.

Veleni menda-  
ciū impudenti-  
ssimum.

Velenus pro-  
prij telis con-  
fossus  
Primo.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

Actuum, xxxi.



Iosephus,

Nam de cæteris ferme omnib<sup>9</sup> certum est, q<sup>d</sup> eorum corpo-  
ra magna veneratione a christianis habeantur, & in eis præ-  
sertim locis, vbi ipsi velut Episcopi præfuisent aliquando.  
At iuxta hoc mendacium nescitur vbi locorum petri cor-  
pus iam fuerit. Sed neq<sup>ue</sup> vsq<sup>ue</sup> in terris certo veneratur. Nam  
si Romæ non occubuerit Petrus, nõ est id corpus Petri, cui  
tantus honor a christianis impenditur, nisi quisq<sup>ue</sup> certo pos-  
set docere, quomodo translatum ipsum fuisset Romã. Ad-  
de, q<sup>d</sup> quã de cæteris apostolis ecclesia compertum habuerit  
vbinam occubuisent, absurdissimũ est, vt per tot secula pu-  
tetur ignorasse, quo loco princeps apostolorum Petr<sup>9</sup> mar-  
tyrio vitam finierit. Cæterum vt expendamus Iosephi testi-  
moniũ, vnde tam leuem aduersarius acceperit cõiecturam,  
Sic ca. xxi. postremi libri de antiquitatibus habetur. Ana-  
nus pontifex se credens inuenisse tempus oportunum, Fe-  
sto mortuo, & Albino in itinere constituto, concilium fecit  
Iudicum, & quosdam deducẽs ad semetipsum, inter quos,  
& fratrem Iesu qui dicitur christus nomine Iacobũ quasi cõ-  
tra legẽ agentes accusans, tradidit lapidãdos, hæc Iosephus  
ECCË vides hic lector, nullam omnino petri factam men-  
tionem, quod argumentũ aduersario satis efficax ante vide-  
batur, quo colligeret nunq<sup>am</sup> fuisse Petrum occisum Romæ.  
Nempe quia necis eius Iosephus, christianis alioqui fauen-  
tissimus, nihil meminisset, saltem nominatim. Adde, q<sup>d</sup> quã  
de lapidãdis Ioseph<sup>9</sup> loquat, nihil hoc ad Petrũ, q<sup>d</sup> crucismor-  
tẽ fuisse pass<sup>9</sup>, vt & i libris vbiq<sup>ue</sup> legit, & i picturis q<sup>ue</sup> cõspi-  
cũt. His accedit, q<sup>d</sup> Petrus oim testimonio septem annos Ia-  
cobum superuixisse traditur. Nam is anno septimo Nero-  
nis fuste fullonis interiit, Petrus vero septem annos præter-  
rea superuixit. Nihil ergo Iosephi testimoniũ cõfert aduer-  
sario, nec proinde calumnia nocet quicq<sup>ue</sup>.

#### PERSVASIO DECIMA SEPTIMA:

e. Ostenso q<sup>d</sup> Petrus Romæ mortẽ non receperit, restat  
e. dicere, vbi locorũ pro Christi nomine passus sit. Et ante,  
e. quam id probẽ, id testor prius, nullũ testimoniũ diuina ex



literatura huc trahi posse, quo quis Paulū indubię Rome  
passum fuisse a Nerone ostendat. Nam dū postremo iam  
Neroni oblatus fuerat, & ad Timotheū scribens, hæc in  
posuit v̄ba, Ego iā delibor, & tps resolutionis meæ instat  
In cis Paul⁹ decrepitā, & nō martyriū suū intellexit, quē in  
terea dū hæc scripserat, valde senio detritū & decrepitū  
plane fuisse, si nō alio testimonio, certe p̄ hoc solo cōstat, qm̄  
ante decē annos Philemoni suo scribens, senē se noiauit.  
Cū talis sim inquiring, vt Paulus senex. Quantū vero pu  
tas intra hoc decenniū cōtinuis laborib⁹, oim ecclesiarum  
solicitudine corpusculum Pauli exhaustū ē, & maceratū?  
vt indicare Timotheo suo charissimo cogeretur, quo Ro  
mā acceleraret, suocq; aduentu mortem ipsi⁹ præueteret  
qua ipse breui fuerat resoluendus. Nā qd̄ spiritu sancto  
illustratus, liberationē sui e carcere p̄uiderit, v̄ba ipsius in  
dicant, significās em̄ quō in priori ante Neronis tribunal  
statione, causam suā solitarius, & oī patrono destitut⁹ per  
orauerit, a Neroneq; ereptus fuerit, sub hæc ita loquitur.  
Liberat⁹ sum de ore leonis, & liberabit me dñs ab oī ope  
malo, & saluū faciet in regnū suū cœleste, hoc est ad minis  
teriū corporis sui mistici, ecclesiæ sanctæ, quē admodū p̄ reg  
nū cœleste, Gregorij⁹ autoritate, ecclesiā in sacris scriptu  
ris sapiuscule noiri diximus. Sicut em̄ sua spes non illū fe  
ellit, vbi in priore captiuitate cōstitutus, Philemoni scrip  
serat, para mihi hospitium, nā spero p̄ oratiōes vestras dona  
ri me vobis, ita neq; hic eū decepit. Sūt em̄ pleriq; alia tes  
timonio, eū a Nerone liberatū etiā secundario fuisse, veluti  
epistola illa Senecæ, q̄ Apostolo in carcere degenti mise  
rat ipse. Ex quibus p̄clue est creditu, Neronis violentiā  
Paulū euasisse. Verū ne hic longius iusto immoremur, iā  
Petrū & Paulū Hierosolymis passum, testimonijs irrefra  
gabilib⁹ cōfirmabim⁹. Primitus solius Christi v̄bis, ad scri  
bas & phariseos, imo ipsam Hierosolymā apud Matthæū  
& Lucā loquentis. Væ vobis scribæ, & pharisei hypocri  
ta, qui edificatis sepulchra p̄phetarū, & ornatis monumē  
ta, & dicitis, si fuissetis in dieb⁹ patrū nostrorū, non esse  
mus filij eorū in sanguine p̄phetarū. Itaq; testimonio estis



vobismetipsis, quia filij estis eorū qui prophetas occide-  
runt. Et vos implete mensurā patrum vestrorū. Ideo dico  
vobis, Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, &  
scribas, & ex illis occidetis, & crucifigētis, & ex eis flagel-  
labitis in synagogis vestris, & psequemini de ciuitate in ci-  
uitatē, vt veniat super vos &c. Tandē dicit Hierusalem  
Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad  
te missi sunt, &c. Hæc loquitur Christū non de prophetis  
legis veteris, sed de apostolis exponit Ioānes Chrysosto-  
mus, homilia in Matthæum septuagesimaquinta, ac ita di-  
cit. Significat ijs verbis Christus apostolos, & eos qui cū  
apostolis, & post apostolos fuerūt, ex quibus multi etiam  
prophetabāt. Quod diuus Hieronymus literarū sydus,  
clarius erga hæc verba Christi immoratus interpretatur,  
dicitq; Simul hic obserua, iuxta apostolū scribentē, varia  
esse dona discipulorū Christi, alios prophetas qui ventu-  
ra prædicent, alios sapientes, qui nouerunt, qñ debeāt p-  
ferre sermonem, alios scribas in lege doctissimos, ex quib-  
us lapidatus est Stephanus, Paulus occisus, crucifixus Pe-  
trus, flagellati, in actibus apostolorū, apostoli, & psequuti  
eos sunt de ciuitate in ciuitatem, expellentes de Iudæa, vt  
ad gentiū populū transmigrarent. His verbis Hierony-  
mus clarissime, vt Stephanū, ita & Paulū, & Petrum Hie-  
rosolymis passos declarat. Et ne cuius testimoniū desyde-  
retur, Nicolai Lyrae horū Christi verborū interpretatio-  
nē subnectamus, Ex eis occidetis, exponit Lyra, sicut Ia-  
cobum fratrem Ioannis, Actuum, xij. & Stephanū Actuum  
septimo, & multos alios. Et crucifigētis, vt Petrū, & An-  
dream fratrem eius, & multos alios flagellabitis, sicut pau-  
lum & Sylam, vt Actuum sedecimo, & secūdo, ad Corin-  
thios, xi, traditur. Quis cōtra hæc firmissima testimonia  
vel hincere deinceps poterit? quis reclamare? quis non mō-  
Hieronymū, Chrysoptomū, Nicolaū Lyranū, sed & chris-  
tū mendaciū arguere poterit? Cū ipsemet apud Lucā eadē  
repetens v̄ba, de Petro, Andrea, & alijs quibusdā aposto-  
lis, ea sese loquitur designat, inquiens, Dico autem vobis  
amicis meis, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, &



post hæc nō habent amplius quid faciant, ostendā āt vo-  
bis, quē timeatis, time te eū, q postquā occiderit, habet po-  
testatē mittere in gehennā. Præterea dicit Christus, Hie-  
rosolymis, & non Romæ, a scribis & pharisæis, & non ab  
imperatorib⁹ Romanis occidēdos suos apostolos, quāuis  
nō negē quosdā & extra Hierusalē fuisse interemptos.

### CALVMNIAE DECIMAE SEPTIMAE SVMMARIVM

**C**hristus in Euangelio Scribis & Phariseis dicit. *Matthæi, xliij*  
Ego mitto ad vos prophetas, & sapiētes, & scribas &  
ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis  
in Synagogis vestris, & persequimini de ciuitate in ciuitate,  
tem, vt veniat super vos, &c.

Tandem subdit, hierusalem hierusalē quæ occidis prophetas,  
& lapidas eos qui ad te missi sunt, &c. Hæc locutū Chri-  
stum non de prophetis veteris legis sed de apostolis expo-  
nit Ioannes Chrysostomus, homilia Min at. lxxv. Sed hiero-  
nimus eandem rem apertius, & plurib⁹ explicat. Obserua,  
inquit, iuxta apostolum scribentem varia esse dona discipu-  
lorum christi, alios prophetas, qui ventura prædicent, alios  
sapiētes, qui nouerunt qñ debeāt pferre sermonem, alios  
Scribas, in lege doctissimos, ex quibus lapidatus est Stepha-  
nus, Paulus occisus, crucifixus Petrus, flagellati, in actibus  
apostolorū, apostoli, & persecuti eos sunt de ciuitate in ciui-  
tatem, expellentes de iudæa, vt ad gentiū populū transmī-  
grarent, his verbis, hieronim⁹ clarissime vt Stephanum, ita  
Paulū & Petrū hierosolymis passos fuisse declarat. Et ne cui-  
us testimoniū desyderetur, Nicolai lyrae horū christi ver-  
borū interpretationē subnectam⁹. Ex eis occidetis, Expo-  
nit lyra, Sicut Iacobū fratrem Ioannis actiū, xij. & Stephanū  
actiū, vij. Et crucifigetis, vt Petrū & Andreā fratrem ei⁹, &  
multos alios Flagellabitis, sicut Paulū & Sylam, vt actuum  
xvi. Quis contra hæc firmissima testimonia vel hiscere de-  
inceps poterit? quis reclamare? quis non modo hieronimū,  
Chrysostomū, Nicolaum lyranum sed & Christū menda-  
cij arguere poterit?



RESPONSIO.

**H**anc esse meram calumniā, merūmq; sophisma nemo nō intelligit, qui Hieronymū, aut Lyranum aliqñ reuoluit. Nā hos autores aduersarius aptissime contra mētes eorū citat, vt mox appebit. Sed euāgelij v̄ba p̄mū excutiamus. Nihil ex priorib⁹ illis verbis occurrit, ex quo cōuinci potest, Petrū & paulū Hierosolymis occisos fuisse. Neq; em̄ Christus in v̄bis illis, alterutrius nomē exprimit, sed tantū affirmat q̄ ex ijs quos ipse missurus esset, Iudai nōnullos occiderent & crucifigerent, aliquos flagellarent in Synagogis suis, & p̄sequerent de ciuitate in ciuitatem. At hoc quid ad Petrū & paulū? Qua dialectica colligit ob id istos Hierosolymis occubuisse. Neq; em̄ sequitur. Quidā ex illis, quos Christus erat ad Iudæos missurus, ab eiusdē occidendi fuerūt & crucifigendi, Ergo Petrus & paul⁹ Hierosolymis a iudæis occisi fuerāt & crucifixi. Sed Chriostomus (inquis) p̄ mittendos a Christo, p̄phetas intelligit noue legis. Esto. Non admodū refragor. Erant tñ alij q̄ Petrus & paulus nouæ legis prophetæ, de quib⁹ prædicta v̄ba p̄m pleri potuerunt, vt & haud dubie fuerunt impleta. Nam palam est, Stephanū fuisse Hierosolymis lapidatū, & Simonē cananeū apostolū fuisse crucifixum, Iacobū dñi fratrem gladio p̄cussum, Alterū Iacobū fuisse fullonis excerebratū, alios idem flagellatos, & deniq; multos fugatos ab vrbe. Vides igitur vt nihil vrgeant priora Christi v̄ba, Petrū & paulū Hierosolymis interiisse. Sed neq; posteriora, quum dicit Hierusalem Hierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt. Nam certū est, non oēs prophetas nouæ legis ibi fuisse occisos, quod & Velenus ipse non difitetur. At dicis Petrū & paulū Hieronymus exprimit a iudæis occisos, & alterū p̄cussum, alterum fuisse crucifixum.

Hieronymus,

Duplex ḡnatio, altera bonorum, altera malorum,

Sed haud recte capis Hieronymū Velenus Neq; em̄ a iudæis affirmat hos occisos fuisse. Sed duplicē in eo loco generationē distinguit, alteram bonorū, malorū alterā. Regula (inquit) scripturarū est, duas ḡnationes, bonorū, & malorū nosse, hoc est singulorū singulas. De bonis dicitur. Hæc est ḡnatio



ratio quærentium dominū, de malis vero, vt in præsentī lo-  
co, Generatio viperarum, Et requirentur oīa a generatiōe  
ista, hæc hieronimus, Vult igitur hieronim⁹ q̄ a generatio-  
ne malorum, hæc facta sunt apostolis, atq; ideo dixisse chri-  
stum ventura illa omnia super generationem istam, hoc est  
super generationem malorum. Nam alijs locis hieronimus  
tam aperte scripsit, Petrum & Paulum Romæ fuisse inter  
emptos, vt hic, vsq; adeo diuersum sentire non potuit. In  
epistola cōtra vigilantīū, testatur ossa Petri, pauliq; Romæ  
venerari. In cōmentarijs ad Galatas, affirmat Petrū ex An-  
tiochena sede, Romam fuisse translatum. In catalogo viro-  
rum illustrium scribit, eum Romæ, xxv. annis cathedram sa-  
cerdotalem tenuisse, & ibidem sub Nerone cruci fuisse af-  
fixum. Et Paulum similiter eodem quo Petrus die, Romæ  
capite fuisse truncatum. Palam est igitur, Hieronimū haud  
quaquam sensisse Petrum & Paulum a Iudæis hierosolymis oc-  
cisos fuisse. Sed iam veniamus ad Lyranum. Nec is hauddu-  
bīe credidit Petrum & Paulum a Iudæis hierosolymis ne-  
cotos. Non enim ignorauit eos Romæ fuisse passos. Sic enim  
in cōmentarijs super Exodum scribit, Per istos duos arie-  
tes immolatos, intelliguntur Petrus & Paulus, duces christi-  
anæ plebis, quorum martyrio consecrata est ecclesia Roma-  
na. Ecce Romanam ecclesiam, Petri & Pauli martyrio con-  
secratā. Adde, q̄ decimo quinto ca. ad Ro. de Paulo dicit  
q̄ non intendebat diutius morari Romæ, eo q̄ ibi tum fue-  
rat Petrus apostolus cum suis discipulis, Ob quod nec erat  
ibi pauli prædicatio vsq; adeo necessaria, sicut in hispania.  
Sed & in actis, in calce postremi capituli, ita scribit, Paul⁹ an-  
no .ij. Neronis fuit adductus Romā, & bienio mansit ibi,  
vt dicitur hic Nero vero impauit xiiij. annis, in quorū vltio  
interfecit Petrum & Paulum. Et sic videtur, q̄ tempore in-  
termedio Paulus iuerit ad prædicandum in partib⁹ occidē-  
tis, & maxime in hispania, & postea rediit Romam, vt circa  
finem imperij Neronis, ipse cum beato Petro per martyrij  
palmam transiret ad gloriam, hæc Lyranus. Sed vel ex hoc,  
Lyranus intelligi potest non sensisse, Petrum fuisse hiero-  
solymis crucifixum, q̄ Petro coniungit Andream fratrem,

Psal, xxiiij,  
Matthci. iij. et  
xij.

Hieronimus.

Lyranus.



Actuum, xvi.

quē palam est, nec a iudæis, nec Hierosolymis fuisse crucifixum. Similiter & quū de flagellatione loquitur, exemplū producit Pauli & Sylæ, quemadmodū in Actis, xvi. tradit, q̄ erant flagellati. At istud apud Philippenses factū fuit, qui gentiles erant non iudæi. Nam vt illic scriptū est, dominici, cuiusdam puellæ (quæ phitonica diuinatione sua, magnum eis quæstū peperit) paulū, qui spiritum ex ea malignū eiecit, vna cū Sylā rapientes, duxerunt ad magistratus, quorū iussu, virgis celi sunt. Nō igitur opinatus est Lyranus, hæc oia facta fuisse a iudæis, nisi quatenus ipsi, quasi capita fuissent gñationis malorum, vt ex Hieronymo superius diximus. Cæterum vt horū testimonia iuxta tuū sensum, hoc est, a iudæis Petrū & paulū interemptos fuisse donauerimus, nulla tñ adhuc ratione colligere poteris, eos Hierosolymis fuisse interemptos. Nam friuola consecutio est. A iudæis interempti sunt, ergo & Hierosolymis interempti. Sicut non sequitur, Christus a Romanis crucifixus erat, igit̄ & Romæ crucifixus. Quamobrem & istam quoq; calumniam inanē esse manifestum est,

#### PERSVASIO DVODEVIGESIMA:

Videre mihi videor satis prolixè eorū me subuertal-  
se opinionē, qui Petrum vt Romanū episcopū celebrant,  
& hoc noie Romanis Pontificibus nihil nō tribuunt, dū i  
summi Apostolorū principis (vt aiunt ipsi) locum suffecū  
sint, hancq; desultoriam potestātē, ceu per manus sibi tra  
dant. At vero si quis roget, quomodo hæc falsissima per  
suasio in ecclesiam obrepserit, dicam compendio. Si alia  
quoq; non minus nociua, quorum recens est adhuc me-  
morā, negligentia temporū rata habentur, vt nihilomin⁹  
pro articulis fidei reponantur, quanq; & historicorum de  
histaceant libri, & Christi dogmata velut ex diametro  
cū eis decertent, solo tñ ecclesiæ prætextu, nō minus quā  
quæuis alia, sine quibus hoibus salus nō contingit, credi  
præcipiuntur, quibus si quispiam bono fretus testimonio  
occurrere voluerit, æque hereticus habetur, quam qui in



legem Christi fuerit impius. Quid ergo de tam remotis  
ac perturbatissimis t'pibus, Romanæ Curia palpones, circa  
Petri Romam aduentū, passionem, & pontificatum con-  
fingere non poterant? Putas ne ecclesiā, quā egeus con-  
stituit Christus, quā oim facile pauperrimū auxere aposto-  
li, opibus ditari oportere, vnū in ea cateris oibus domina-  
ri, imo ecclesiā non aliud, quā tyrannidem fieri debere?  
Ecquis hoc dixerit? At vero hodie solenne id habet, hoc  
gloriosum putatur, vt vnus arbitrio oia fiant, circa vnum  
summa, & caput reip, Christianæ consistat, vni<sup>o</sup> iussu, aut  
iniussu singula gerantur, ex vnus nutu cūcta pendeant.  
Quod si quis minus reuerenter hos ecclesiæ proceres in-  
cesserit, si corripuerit, si annuere noluerit, continuo fre-  
munt classica, vndelibet plebs Christiana conclamat ad  
arma capeffenda, ad omnes Christianos principes id aiūt  
pertinere, ne expolietur Christus, neue iacturam patiatur  
ecclesiā, dum aliquot ānuū census denarij eis decreuerint,  
omnia sursum ac deorsum versare non verentur, ac tot  
Christianorum foedam dilacerationem, & stupendā per-  
niciem, interim ne pili quidem faciunt. Adeo tyrannis  
hec Romanæ Curia istac p'niciosa opinioe inualuit, dum  
primatū mediāte Petro supra oēs alias ecclesias lese acce-  
pisse iactitat, & Roman<sup>o</sup> pōtifex vniuersalis eccl'ie catho-  
licæ Ep'us censet, repngnantib<sup>o</sup> oibus oim ferme libris, vo-  
ce ipsi<sup>o</sup> met Christi, & ritū, ac exēplo primitiuae ecclesiæ.  
Cunq; recens adhuc sit meōria, qn̄ hęc tyrānis exordium  
sumpserit. Nonne tñ inueniunt pleriq; q id ppetuo fuisse  
scribāt, id pbent, p eoq; ad aras vsq; (qd' solet dici) digladi-  
dient, qb<sup>o</sup> nō aliter, q̄ solius Christi v'bis passim vulg<sup>o</sup> cre-  
dit. Prætera, Syluestrū a Cōstātino ipatore honestis mūe-  
rib<sup>o</sup> donatū, in sedeq; impatoria repositū, quis hoc hodie  
e p'p'o nō credit? resistentibus oibus historiographis, eo-  
rumq; cōmēticiis bullarū nugas fortissimis rōnib<sup>o</sup>, doctis  
simisq; viris reprobantibus. Quantū tñ veritatē promo-  
ueant, apud hęc futilem plebeculā pseudofacerdotū præ-  
tigis delusam, in propatulo est omnibus, cū non minus re-  
uerenter in has opiniones, quā in Christi v'ba iurent ipsi.



• Nō difficile est exinde diuinare, quātū illis p̄clite fuerit,  
 • quæ hodie de Petro feruntur, cōfingere, cū eorū tempore  
 • nullā certā habeam⁹ historiā, præter cōmēticias illas aliq̄  
 • de Petro, & paulo passiones, quæ adeo sibi non constant,  
 • vt oibus etiā tacentib⁹, ipsæ se satis confitent, præsertim  
 • quæ Græcorū linguagio cōscriptæ sunt. Quod vel solū  
 • argumento esse possit, eas falsissimas esse, cū hæc natio ab  
 • oibus passim scriptoribus in historia mendacij accuset̄, lu  
 • nenale dicente. Quicquid audet Græcia mendax in his  
 • toria, Et alibi nō sine ioco mendacem græculū nominat.  
 • Et breuiter nemo miretur hoc apertissimū mendaciū su  
 • os patronos habere, cū non desint etiā, qui Tusciam patri  
 • moniū Petri appellent, qua voce nunq̄ delirius dici, aut  
 • cogitari aliquid potuit. Et Plinius haud ignobilis author,  
 • nullum tam impudens mendacium inueniri dicit, quod  
 • teste careret.

#### CALVMNIAE DVODEVI GESIMAE SVMMA.

**N**E quis miretur, vnde tantus error obrepserit i eccle  
 siam, non desunt aliq̄ similes hui⁹, quos ostendere pos  
 sumus, haud dissimiliter emeruisse. Et vn⁹ imprimis  
 est de primatu papæ, cui nunc oēs assentiuntur, haud aliter  
 q̄ articulo fidei. At cui quæso credibile est, ecclesiā, quā ege  
 nus constituit Christus, quancp̄ oim facile paup̄imi auxere  
 apostoli, opibus ditari oportere, vnū in ea cæteris oib⁹ dñā  
 ri, imo ecclesiā nō aliud q̄ tyrannidē fieri debere. Ali⁹ insup  
 huic haud longe dissimilis est, de donatione, p̄ Constantiū  
 Cæsarem, Syluestro facta, quā nullus hodie nō credit e po  
 pulo, resistentibus tñ oibus historiographis, rationibusq̄ re  
 probrantib⁹. Ex ijs nimirū diuinare licet, quē in modū & p̄  
 dictus error de Petri pontificatu confictus sit, & maxime  
 quum eorū temporū nullā certā habeamus historiā, nisi quæ  
 vel a Græcis cōscripta sit, vel quæ cū alijs plusq̄ ex diametro  
 pugnet. Qm̄ igitur græcorū natio, passim ab omnib⁹ scrip  
 toribus in historia, mendacij accusetur, non est cur eorū tel



imonijs in hac te fidem habeamus,

RESPONSIO.

**E**Rror fuerit necne, quod de primatu summi pontificis, aut de donatione per Constantinū Syluestro facta, plerique credūt, non est pntis opusculi differere, sed productius volumen id negocij postulat. Nos etiā inter confutandū articulos (quos Lutherus asserere molitus est) penitus enervasse putam⁹, quicquid aduersus primatū Papæ, Lutherus attulerit, vt iam nō erit opus, quicq̃ in ea re copiosius dicere. Porro quantū ad petri sedē spectat, non video, cur ea res cōmenticia dici queat, quā autores habeat grauissimos ac spectatissimos, & eosdē vicinos apostolorū temporibus, de quib⁹ omnino nulla suspitionis ansa capi pōt, cur voluissent istud cōfingere. Sed & græcis, cur in hac parte fides adhiberi non debeat, ratione prorsus oī caret. Quid enim si profani græcorū scriptores, mēdaces habitū fuerint, num & sacri pariter eodē vicio laborare putandī sunt? Absit. Nam quū ex Christianismo veritatē hī professi sint, q̃ credi possunt mendacia Christianis legenda tradidisse? Sed neq̃, probabilitatē vllam habet, græcos quātūvis profanissimos, voluisse cōminisci, q̃ Petrus relicta Græcia Romā se conferret, cathedram ibi posituurs, quum ea res totius Græcię gloriam obscureret haud mediocriter. Quamobrem & græcis in hac re potissimum est adhibenda fides. Cæterum nos & græcos & latinos, huiusce rei testes iuratissimos, in mediū afferemus.

**TERTVLLIANVS** imprimis autor grauis, & ipse latinus, Apostolorū quoq̃ vicin⁹ temporibus, in libro de præscriptionibus hæreticorū, hanc rem testatur, inquit, Percurre ecclesias apostolicas, apud quas ipse adhuc cathedræ apostolorū suis locis præsidentur, apud quas ipsę authenticę literæ eorū recitantur, sonantes vocem, repræsentantes faciem. Proxima est tibi Achaia, habes Corinthum. Si nō longe es a Macedonia, habes Philippos. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autē Italiā adijceris, habes Ro,

Tertullia.



Multa ex Ter  
tul, anuotata,

i

ij

iiij

iiij

v

Cyprianus.

Ambrosius.

manā, vnde nobis quoq; autoritas præsto est statuta, felix  
ecclesia, cui totā doctrinā apostoli cū sanguine suo pfude-  
rūt, vbi Petrus passioni dñicæ adæquatur, vbi paulus Ioan-  
nis exitu coronatur, vbi apostolus Ioannes, poste aq̄ in ole-  
um igneum dimerfus, nihil passus est, in Insulam relegatur;  
Hæc Tertullianus. In quibus v̄bis multa licet annotari;  
Et primū, q̄ ex ecclesijs, quas hic memorat, sola s̄a remanet  
in fide superstes ecclesia Romana. Deīn, q̄ quū ecclesiæ cæ-  
tera florerent, ex ecclesia Romana tñ in cæteras fluxit au-  
toritas. Tertio, qd̄ & ad nostrū institutū magis spectat, pe-  
trū apud Romā passioni dñicæ fuisse adæquatū, hoc est cru-  
ci affixum. Quarto, Paulū illic Ioannis baptistæ exitu, hoc  
est capitis detruncatione fuisse coronatū. Quinto, Ioānē  
euangelistā (postq̄ in feruens oleū esset demersus, quū nihil  
ex eo damni patere) in Pathmos Insulā fuisse relegatum.  
Sexto trium horū apostolorū p̄ntia, Romanā ecclesiā nobi-  
lem ac illustrem esse redditā, sed ex eo p̄cipue felicē, q̄ apo-  
stoli duo, Petrus & paulus totā huic ecclesiæ doctrinam,  
vna cū sanguine suo pfuderūt. Sed hæc tē p̄ Tertulliano;  
Quē & Cyprianus passim imitatus, epistola tertia Roma-  
nam ecclesiā vocat Petri Cathedrā, & principalē ecclesiā,  
vnde sacerdotalis vnitas exorta est. Et epistola rursum octa-  
ua, cunctos hortat, quaten⁹ eā totius ecclesiæ catholicæ ma-  
tricem, & radicem agnoscant, ac teneant.  
Accedit his Ambrosius, qui de natali sanctorū apostolorū  
Petri pauliq; loquens, ait Non sine causa factū putemus, q̄  
vna die, vno in loco, vnus tyranni tolerauere sententiam,  
vna die passi sunt, vt ad Christum pariter puenirent, vno  
i loco, ne alteri Roma deesset. Sub vno p̄secutore, vt æqua-  
lis crudelitas vtrunq; constringeret. Dies ergo pro merito,  
locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute. Et in  
quo tandē loco martyriū pertulerunt? In vrbe Romana,  
quæ principatum, & caput obtinet nationū. Scilicet, vt vbi  
caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis.  
Et vbi gentilium principes habitabant, illic ecclesiarū prin-  
cipes morarentur. Hæc Ambrosius.



Subscribit LEO in sermonibus de Apostolis inquitens:

Leo

Beatissimus Petrus princeps Apostolici ordinis, ad arcem Romani destinatur imperij, vt lux veritatis, quæ in omnium gentium reuelabatur salutem, efficacius se ab ipso capite p totum mundi corpus, effunderet. Et paulo post. Iam populos, qui ex circuncisione crediderant, erudieras. Iam Antiochenam ecclesiam, vbi primum Christiani nominis dignitas est orta, fundaueras, Iam Pontum, Galatiam, Capadociam, Asiam atq; Bythyniam legibus euangelicæ prædicationis impleueras, nec aut dubius de propectu operis, aut de spacio tuæ ignarus ætatis, tropheum crucis Christi Romanis arcibus inferebas, quo te diuinis ordinationibus antebant & honor potestatis, & gloria passionis. Hæc LEO papa.

HIERONIMVS quoq; quum alibi sæpe, tum in Catalogo virorum illustrium, Simon inquit petrus, filius Ioannis, prouinciæ Galilææ, vico Bethsaida, frater Andreae apostoli, & princeps apostolorum, post Episcopatum Antiochenis ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum, qui de circuncisione crediderant in Ponto, Galatia, Capadocia, asia, & Bithynia secundo Claudij anno ad expugnandum Simonem magum, Romam pergit, ibiq; viginti quinque annis cathedram sacerdotalem tenuit, vsq; ad vltimum annum Neronis, id est decimum quartum, a quo, & affixus cruci martyrio coronatus est. Hæc HIERONYMVS.

Hieronimus,

Petrus secundo Claudij anno, Autore Hiero. ad expugnandum Simonem magum Romam venit.

SED & idem scribit, Philonem quum esset de uero legatus ad Claudium, in vrbe Romana cum Petro fuisse collocutum, amicitiamq; cum ipso tum inisse, atq; ob id, ecclesiam, & sectatores Marci, discipuli Petri, apud Alexandriam ornasse laudibus.

Philo;

TESTATUR & BEDA supputator temporum exactissimus, libro quem de temporibus ædedit, sic scribens. Petrus apostolus, quum primus Antiochenam fundasset ecclesiam, Romam pergit, ibiq; viginti quinque annis Cathedram tenet Episcopalem, id est vsq; ad vltimum Neronis annum. Hæc Beda.

Beda



Eutropius.

**EUTROPIVS** etiam, & ipse Romanæ historie scriptor haud contemnendus, de Nerone sic scribit, denique omnibus flagitijs suis etiam hoc addidit, quod sanctos dei apostolos Petrum Paulumque trucidauit. hæc ille.

Orosius.

Consentit & **OROSIVS** ca. quarto libro septimo historiae suae, Tiberius, inquit, Claudius ab Augusto quartus, regnum adeptus, mansit in eo annos. xiiij. Exordio regni eius Petrus apostolus Romam venit, & salutarem cunctis credentibus fidem fidei verbo docuit. potentissimisque virtutibus approbavit. Exin christiani Romae esse coeperunt, sensuque hoc collatum fidei suae Roma beneficius. Et rursum, ca. quinto de Nerone loquens ait, Primus Romae christianos supplicijs & mortibus affecit, ac per omnes prouincias pari persecutione excruciarum imperauit, ipsumque nomen extirpare conatus, beatissimos christi apostolos, Petrum cruce, Paulum gladio, occidit. Hæc Orosius.

Platina.  
Sabellicus.  
Volateranus  
Ioan. bapti.

Prætereo recentiores historicos platinam, Sabellicum, volateranum, Ioannem baptistam viros eruditissimos, qui testatissimum id ipsum, in suis scriptis reliquerunt, neque hæc ante velentem, repertus est tam impudens, ut Petrum negaret Romae aliquando fuisse, quum & Græci confiteantur id ipsum, quum & ipsi sint alioqui Romanæ gloriae nimis infissimi.

Egesippus.

**EGESIPPVS** primum, & ipse vicinè apostolorum temporibus, libro tertio excidij hierosolymitani, ca. secundo, narratis his, quae Romae cum Simone mago Petrus magnifice gessit, docet enim ibi tandem cruci adiudicatum, atque ita necatum fuisse. Sed eius verba, si quis forte requirat, hic subiiciemus. Erant tunc temporis Romae Petrus & Paulus, doctores christianorum, sublimes operibus, clari magisterio, qui virtute suorum operum, Neronem aduersum fecerant, captum magi Simonis delinimentis, qui sibi animam eius conciliauerat. Cui adumentum victoriae, subiectiones gentium, vitae longaeuitatem, salutis custodiam, feralibus artibus pollicebatur, atque ille credebat, qui vim rerum nesciret examinare. Denique summum apud eum tenebat amicitiae locum, quandoquidem etiam praesulem suae salutis, viteque custodem arbitrabatur.



Sed ubi Petrus eius vanitates & flagitia detexit, & species illorum rerum mentiri, non solidum aliquid aut verum efficere demonstravit, ludibrio habitus, & digno est consumptus more. Et quis in alijs terrarum partibus, Petri expertus potentiam, tamen praeueniens Romam, ausus est iactare, quod mortuos resuscitaret. Et rursus haud paulo post, Denique dato, ut comprehenderetur praecipio, rogabatur Petrus, ut sese alio confiteretur. Resistebat ille dicens, nequaquam se facturum, ut tanquam metu mortis territus caderet, bonum esse pro Christo pati, quod pro omnibus se morti obtulisset, non mortem illam, sed immortalitatem futuram, tanquam indignum ut ipse fugeret passionem suam corporis, qui multos doctrina sua compulerit, se hostias pro Christo offerre, debere sibi secundum domini vocem, & ut ipse in passione sua Christo gloriam atque honorem daret, haec & alia Petrus obtexere, sed plebs lacrymis quaerens, ne se relinqueret, & fluctuantem inter procellas gentilium destitueret, vitus fletibus Petrus cessit, promisit se urbem egressurum, proxima nocte salutis fratribus, & celebrata oratione, proficisci solus coepit. Vbi ventum est ad portam, videt sibi Christum occurrere, & adorans eum dixit. Domine quo venis? Dicit ei Christus. Iterum venio crucifigi. Intellexit Petrus de sua dicitur passione, quod in eo Christus passurus videretur, qui patitur in singulis, non utique corporis dolore, sed quadam misericordiae compassione aut gloriae celebritate. Et conuersus in urbem redit, captusque a persecutoribus, cruci adiudicatus, poposcit ut inuersis vestigijs cruci affigeretur, quod indignus esset, qui simili modo crucifigeretur, ut passus est dei filius. Quo impetrato, vel quia ita debebatur, ut Christus praedixerat, vel quia persecutor non inuitus indulget poenarum incrementa, & ipse & Paulus, alter cruce, alter gladio necatus est. Haec Eusebius.

Eusebius in historia.

EVSEBIUS item historiae suae libro secundo ca. xiii. Petrum ipsis Claudij temporibus affirmat venisse Romam, ubi salutaris praedicationis verbo, primus (ut ait) euangelij sui clauibus ianuam regni caelestis aperuit. Sed & euangelium quod ab eo praedicatum, Marcus discipulus eius ad Romanorum instantiam exceperat, ecclesijs legendum tradidit. Cuius rei & testis



**Clemens,** **Papias hiero-**  
**politanus,** **Petri ultimo** tes alios pducit, nempe Clementē in suarum disputationū  
 libro, simul & Papiam Hierapolitanum episcopū. Adde,  
 q̄ idem ex ipso Papiā recenſet, Petrū in priori epistola ſua  
 meminisse Marci, atq̄ in ea, tropice Romam Babiloniā no-  
 minasse, quum dicit, Salutatur vos ea, quæ in Babilone est, ec-  
 clesia, & Marcus filius meus.

**Tertullianus,**  
**Hieronymus:** Cui Tertullianus & Hieronymus ac ceteri quicq̄ subscri-  
 bunt. Q̄ si Petrus ex Roma priorem illam epistolam scrip-  
 serit, quid manifestius comprobare posset eundem aliqua-  
 do fuisse Romæ?

**Eusebius in cro.** SED & in Cronicis Eusebius testatur, Petrū secūdo Clau-  
 dij venisse Romam, illicq̄ sedisse viginti quinque annis, & vlti-  
 mo Neronis ibidem gloriose occubuisse.

**Hyreneus** Hyreneus item in tertio aduersus hæreses libro, successio-  
 nem pontificum vr̄bis Romæ digerens, asserit Petrum &  
 Paulum fuisse Romæ. His accedunt Chryſostom⁹ & The-

**Theophilact⁹**  
**Chryſostom⁹.** ophilactus, qui tradunt Linum fuisse post Petrum ecclesie  
 Romanæ secundum Episcopum, in commentarijs epistole  
 posterioris ad Timotheum.

Præterea multos, quos Volateranus recenſet, tam Latinos  
 q̄ Græcos, qui de Pontificum vitis conscripserunt. Et hi om-  
 nes vnanimiter asserunt, Petrum vr̄bis Romanæ primum  
 Episcopum fuisse. Q̄ si res hæc, tot & tam illustrissimis au-  
 toribus, Græcis pariter & Latinis, adeo dilucida reddita sit,  
 quis iam nisi mente captus, ambigere secum diutius potest,  
 num Petrus fuisset Romæ, & maxime, quum nullus vnquā  
 scriptor, ante Velenum, ne somniare quidem contrariū po-  
 tuerit? Sed ista pro calumnijs omnibus diluendis, sufficere  
 putamus.

SEQ. VITVR ALTERA LL.  
 BELLI PARTICVLA.



## PROLOQ VIVM.

SOLET interdū fieri lector mi, vt dum vēgeto semī  
ne agrum conspergim⁹, ni simul nociua quæq; radicit⁹ ex  
traham⁹, vrēda filix subnascens, semētis pariat iacturam  
Quod dū hic timem⁹, ne quidā cauilli animū tuū torque,  
tes, nostris ijs persuasionibus min⁹ te credere permittāt, al  
terā libelli particulā addidim⁹, In qua cū septē quibusdam  
Romanensium cauillis, man⁹ cōferamus, de eis dignis ra  
tionibus (si fors fauerit) prædā ablaturi. Proinde interim  
Romanū quenpiā, obelis faucib⁹, ac vētre p̄minulo, imā  
ginē scophātā, q̄ sic more suo nobis instet.

## SECUNDÆ PARTIS CONFVTATIO

**D**Reter has duodeuiginti calumnias, quas ad  
uersarius persuasiones vocauit, septē insuper  
adiecit cauillos, cū quibus ipse manus cōferere  
dignū existimauit, ne quisq; prioribus suis per  
suationibus minorē habiturus esset fidem, Cæ  
terum an prioribus eius argutijs, iam, quantum opinor, abū  
de confutatis, quisq; habiturus sit fidem, nescio, suspicor ta  
men, vbi nostra perlegerit, neminem vsq; adeo mente cap  
tum esse, vt non risu digna putet ista, quæ sequuntur. Sed ne  
nimia prolixitate, quæq; rædio afficiam, iam aduersariū cum  
suis canillis concertantē, audiamus.

## PRIMVS CAVILLVS

Quod in persuasione dictū est quartā, improbit⁹ di  
ctum est quam vt credi debeat. Paulus enim dū binam su  
am versus Hierosolymam peregrinationem, in ea quæ ad  
Galatas est epistola cōmemorat, in quatuordecim annis  
post cōuersionem suam, vtrāq; fuisse factā intellexisse vo  
lunt, & non in septem & decem annis, vt tua fert opinio,  
idq; Nicolai Lyre testimonio cōfirmatur. Trienniu enim



• quō ante Paulus Hierosolymā venerat, in subsequētibus  
• quatuordecim annis, quibus secundario illac cum Tito &  
• Barnaba prexerat, absorberetur, ita Nicolao & ba Pauli ex  
• ponente. Deinde post quatuordecim ānos, videlicet a cō  
• uersione sua, assumpto Tito & Barnaba, &c. Et sic petr<sup>o</sup>  
• quatuordecim illis annis praterlabentibus Romā diuer  
• tere poterat

### RESPONSIO.

• Bella Lyra, nisi a tot bonis authorib<sup>9</sup>, quibus nē mā  
• tellā dignus erat ipse porrigere dissentiret, crederetur ex  
• positio, sed quia nō ausim dicere, an vllum habeat qui in  
• hoc sibi cōsentiāt, rationabilius tot celeberrimi sequendi  
• sunt interpretes, quam hic vnus, & quidē ignobilior, qui  
• isthoc spero aucupabat sibi gloriā, si stulte ab alijs dissen  
• tiret oibus. Et quia cōtra inermem, & imbecillum frequē  
• tia militū non solet desyderari, quē vnus probatæ fortitu  
• dinis vir vel euiscerare possit vnicū Hieronymū tot Ly  
• ranis anteponendū cōtra hunc producā, qui epistolam ad  
• Galatas exponens, hos septemdecim annos non semel re  
• petit. In principio fidei (inquit) in transitu Paulus aposto  
• los videt, post annos (vt ipse ait) decē & septem plene cū  
• eis loquitur, & se humiliat, & ne forte in vacuū aut curre  
• ret, aut cucurrisset, inquirīt. Et inferius, Contulit euange  
• lium cū apostolis, nō q̄ Paul<sup>9</sup> timuerit, ne per decē & sep  
• tem annos falsum in gentibus euangelitū prædicasset, sed  
• vt ostenderet præcessorib<sup>9</sup> suis non se in vacuum currere,  
• aut cucurrisset, sicut putauerunt ignorantes. Hæc Hiero  
• nymi verba, quibus manifeste q̄tū Lyra deliret, ostendit.

### RESPONSIO.

**A**Duertis lector, quēadmodū aduersarius cū seipso ni  
gatur, frigide sibi ipsi obijciens, & nihilo frigidius res  
pondes. Sed nos ex dicto canillo robustiore obiectū



onē firmabimus. Superius, vbi secundā Calumniā diluim⁹,  
ostendimus Hieronymi supputationē, manifeste repugna  
re cū his, quæ nec semel idem alibi dixerat. Nunc autē aper  
te docebimus, nec eā stare posse, cū ea supputatione, quam  
aduersarius ipse, sub p̄suasione quinta collegit. Sic em̄ an  
nos a passione Christi, vsq; ad vltimū Neronis, aduersarius  
ibi digessit. Tiberio Cæsari, posteaq; Christus passus fuit,  
tres dumtaxat annos tribuit. Caio Calicule, post Tiberium  
imperanti, tres itē annos, menses decem & dies octo. Subin  
de Claudij numerat annos nō plene quatuordecim. Postre  
mo Neroni, quatuordecim deputat annos. Sūma oīm vix  
cōplet annos, xxxv. Et qm̄ idē aduersarius confitetur Pau  
lū secundo Neronis anno Romā fuisse p̄ductū, duodecim  
anni ex imperio Neronis residui sunt, quib⁹ ex priori nume  
ro, hoc est, xxxv. subductis, iam nō pleni remanent, xxiiij.  
Nec plures his, inter passionē Christi & Pauli aduentū Ro  
mam, ex hac supputatione cōstat interuenisse. Rursum ex  
ijs, xxiiij. si dempseris id temporis, quod inter christi passio  
nem, & Pauli conuersionem intercidit, quod & aliquot an  
nos aduersarius opinatur continere, iam ad maximū super  
sunt, xxi. Sed ab hoc numero si adhuc subtraxeris annos &  
menses, quos Lucas memorat egisse Paulum, dum Asiam,  
& Græciam docendi euangelij gratia peragrarat, comperi  
es in actis expressos annos sex integros, præter fractiones,  
& præter eos, qui verisimili coniectura, non minimū anno  
rū numerū conficiunt. Caterum si ex priori numero nēpe  
viginti vno, non nisi septem dempseris annos, intelligis qua  
tuordecim dumtaxat superesse. Quo fit, vt iuxta propriā  
ipsi⁹ aduersarij supputationē, anni illi quatuordecim a Pau  
li conuersione numerandi sunt. Sed quia diximus, ex actis,  
post finitum dictum conciliū, præter annos illic expressos,  
verisimili coniectura colligi posse, nō minimū annorum nu  
merum, age id ipsum iam ostendamus. Primū, xviiij. ca. tradi  
tur, Paulum Corinthi sedisse, præter annū, sex menses, de  
inde ca. xix. apud Ephesum, in Synagoga tres menses, &  
post hos, in scola Tyranni cuiusdam, per biennium præte  
rea disputasse. Rursum, capite, xx. tres menses Athenis cō

Actuum. xviiij

Actuum. xix. |

Actuum. xx.

K i



Actuum, xxiiij, moratū fuisse. Denicq̄ ca. xxiiij. bienniū expleuisse apd̄ Cæ  
 sareā. Ex ijs nascit̄ summa sex annorū. At nunc si reliquas tē  
 porū fractiones cōsideraueris, nēpe quas insumplit̄ Paulus  
 visitandis & cōfirmādis fratrib⁹, qui in varijs erant ciuitati-  
 bus, toties p̄ eas discurrendo, facile videbis longe maiorem  
 Actuum, xv, excrescere summā. Quæ res dilucida fiet, si quis a tpe dicti  
 cōcilij pauli discursū diligēter annotauerit. Nā ex. xv. ca. q̄  
 dictū conciliū tractatur, Paul⁹ & Barnabas, finito concilio,  
 demorati sunt Antiochiæ, docētes & annūciantes sermonē  
 Actuum, xvi, dñi, cū alijs plurib⁹. Dein, postq̄ alter ab altero se iūgeretur,  
 Paul⁹ Syriam & Ciliciā pambulabat, confirmans ecclesias,  
 atq; ita Derben & Lystram puenit, vbi & Timotheū circū-  
 cidit. Post hæc Phrigia Galaticaq; regionib⁹ pagratis, & ec-  
 desijs vbiq; cōfirmatis in fide, Paulus in Mysiam se recepit  
 inde Troiadē, ex Troiade per Samothracen & Neapolim  
 Capi, xvij, venit tandē philippos, vbi & multo tpe mansisse tradit̄, nō  
 minori patiētia, q̄ reb⁹ gestis clarus. Inde pfectus p̄ Amphi-  
 polim & Appoloniā, adiit̄ Thessalonicam, vbi p̄ tria sabbata  
 de scripturis disseruit, adeo vt tumultu p̄ ludæos concitato,  
 vix euasit Paul⁹ p̄ noctē, i Berrhoeā, vnde postq̄ Berrhoe-  
 ses instruxit i fide, cōcessit Athenas, & hic Dionysiu aliosq;  
 Capi, xviii, cōuertit ad fidē. Ex Athenis, Corinthū adiit̄. Ex Corintho  
 puenit Ephesum, Ex Epheso, Cæsareā, inde Antiochiā. Ex  
 Antiochia pfectus, Galaticā regionē & Phrigiā ordine p̄  
 ambulabat, cōfirmans fratres. Quib⁹ pactis, redijt̄ Ephesū.  
 Capi, xix, Postq̄ at̄ Ephesi tres menses & bienniū expleisset, p̄missis  
 duob⁹ e ministris Macedoniā, q̄ & ipse statuerat ire, manēs  
 Capi, xx, adhuc in Asia, multa p̄pessus est. Peragratis posthac Mace-  
 doniæ partib⁹, & fratrib⁹ vbiq; sermone p̄lixo cōfirmatis,  
 tandē venit in graciā, vbi longo pacto tpe, demū insidijs iu-  
 dæorū impedit⁹, ne solueret in Syriam, p̄ Macedoniā est re-  
 uersus. A philippis igit̄ ad nauigauit Troiadē, ex Troiade  
 puenit Asson. Inde p̄ Mytelenem & Saniū, accessit Myle-  
 Capi, xxi, tū. Et post p̄lixū ibi sermonē habitū, soluēs, venit Choum,  
 inde Rhodū atq; ita tandem pataram, vnde cōscensa naui,  
 Tyrū cōcessit. A Tyro subinde, descēdit ptolomaidam, ex  
 ptolomaida, Cæsaream. Atq; inde tandē Hierosolymā, vbi



postea q̄ d̄ra fuisset a Iudæis passus, vinctus reductus ē cæ-  
saream, ibi manens biennium in custodia, Sicq̄ post multos  
labores, demū perductus fuit Romam, Si quis igitur secum Capi, xxiiij.  
diligēter expenderit, quot ciuitates, imo quot regiones, &  
q̄ longum terrarum tractum, Paulus, euangelij docēdi gra-  
tia, nec semel peragrauerit, & quod aliquando biennium &  
amplius in vna quapiam illarum ciuitatū, necesse fuerit cō-  
morari, plane depræhendet, ista haud paruo annorum nu-  
mero fieri potuisse. Et sane, iuxta digestionem EVSEBII Eusebius,  
plus minus, xiiij. annorum spacium complectuntur. Cæterū  
ne nos aduersarius existimet, hui⁹ calculi neminem, præter  
Lyrantū autorem habere, BEDA, qui temporum exactissi- Beda  
mus erat supputator, non id verbis nudis dicit, sed argumē-  
to colligit irreuincibili. Sic enim in cōmentarijs super acta  
ca, xv. scribit. Scimus enim Petrū & Paulum apostolos, an-  
no post passionē dñi, xxxviiij. id est vltimo Neronis, passos  
fuisse martirium, & beatū Petrum Romæ, xxv. annis Epif-  
copalem sedisse cathedrā. Viginti autē quinq̄ & quatuor-  
decim, nō, xxxviiij. sed, xxxix. faciunt. Sequitur ergo vt bea-  
tum Petrum eodem quartodecimo, post dñi passionē, an-  
no, quo eum hierosolymis alloquitur Paulus, hoc est quar-  
to Claudij Cæsaris, Romam venisse credamus. Simulq̄, ni-  
si fallor, ex hac positione beatū Paulū apostolū eodem, quo  
dñs passus est & resurrexit, anno ad fidē venisse probatur:  
hacten⁹ Beda. Intelligis lector, q̄ validissime Beda rationē  
reddit, cur debeāt illi quatuordecim anni a cōuersione Pauli  
supputari, & annus quartusdecim⁹, esse quart⁹ imperij Clau-  
dij nō secūdus, vt Eusebio Hieronimoq̄ visū est. Nā hi colligunt Eusebius,  
Petrū anno Claudij secūdo Romā venisse. Quod si ve- Hieronymus,  
rū esset iā p̄ duos annos añ dictū cōciliū Petr⁹ venisset Ro-  
mā. Rectius ergo Beda, qui cōciliū ipsum habitū fuisse do-  
cet anno a cōuersione Pauli quartodecimo, quē & annū im-  
perij Claudij quartū facit. Cæterū siue quartodecimo, siue  
post quatuordecim annos, id cōciliū celebratū fuisset, palā est  
nec Eusebio, nec Hiero. cōuenire, vt post septēdecē annos  
habitū fuisset, quū vterq̄ Petrū anno Claudij secūdo venis-  
se Romā, & ibidē annis, xxv. sedisse, tradit. Sed hæc, pro ad-  
uersarij respōsione diluenda sufficere putamus.



SECUNDVS CAVILLVS.

QVID n̄ creditur Petro apostolorū primati, qui e  
 Roma epistolā, quā Catholicā dicunt, scribens, se Romæ  
 fuisse proprijs exprimit verbis: Salutat vos inquit eccle  
 sia, quæ est in Babylone collecta. Quantū piaculū disen  
 tire a Hieronymo, & Lyrano, quorū neuter Romam per  
 hanc Babylonem non interpretatur, Hieronym⁹ in libro  
 virorum illustrium, Lyranus autem hæc verba Petri ex  
 planans, dicit enim vterq; Romā figuratiter nomine Ba  
 bylonis designari.

RESPONSIO.

Duplicē esse Babylonē a Cosmographis didicimus,  
 Vnā in Assyriā, quā Babylo sapientissimus Medi fili⁹ cō  
 didit, vel (si Herodoto credim⁹) Semiramis. Alteram quæ  
 Aegyptiaca dicitur, nō procul ab Aegypto distās, de qua  
 meminerūt Stephanus, Strabo, & Ptolomæus. Et recens  
 tiorū Ludouicus Cælius in antiquitatib⁹, & Raphael Vo  
 laterranus in sua Geographiā, & quidā alij. Strabo tamē  
 plus in Arabiā, quā prouincijs Aegypti hāc esse sitam ob  
 tendit, vnde Arabū lingua, Chayrum illā vocant, q̄ vox  
 nō aliud eis designat, quā si Babylonē nostrates dixerint.  
 Et sic psuasissimū est Petrū ex hac Babylone, vel, si quem  
 Arabū oblectat dictio, Chayro epistolā suā scripsisse, qui  
 in Iudæa, & cōtermineis vndiq; circum & circa regionib⁹  
 Christi nomen diuulgabat, Iudæa at vt Hieronym⁹ vult,  
 confinem sibi habet vtrancq; Arabiā, hoc est & Arabiā  
 petreā & Arabiā desertā. Ab oriente em̄ habet Arabiā  
 petream, & iuxta hanc ad meridiem tangit Arabiā  
 desertam. Et apostolus hoc testatur quocq; dicens, Syna  
 mons est in Arabiā, quæ cōiuncta est ei, quæ nunc dicitur  
 Hierusalem. Quas ob res in eis collimitaneis Hierosoly  
 mæ prouincijs Petrū prædicasse Christū, & ex Chayro ad  
 dispersos e Ponto, Galatiā, Cappadocia, Asia, Bithynia  
 Christi fideles epistolā scripsisse, hoc iā quis neget? Atq;  
 eo modo v̄ba Petri, salutat vos ecclesia, quæ est in Babylone  
 collecta, intelligenda sunt. At sinamus præterea su



is figuris ludere Lyranū. Quia sicut, inquit, Babylon fuit  
cituitas maxima, & idolatriæ dedita, sicut patet in Dani  
ele, Sic Roma postea fuit ex simili opere. Sed quid de ea  
Babylone, cuius mentio apud Danielē agitur. Deº p Hie  
remiã loquit dicēs. Egredimini de medio Babylonis ppfe  
meus, vt saluet vnusquisq; animã suã ab ira furoris domi  
ni. Sed nunqd etiã eodē tropo cæteras noui testamēti scri  
pturas patietur interpretari Lyranus? quod certe necesse  
est. Quid de hac Babylone hoc est Roma purpurata, &  
versuta (vt Hieronymi vtar verbo) meretrice Ioannes in  
Apocalypsi loquatur, simul audiat. Cecidit cecidit Baby  
lon magna, & facta est habitatio demoniorũ, & custodia  
omnis spūs immundi, & custodia oīs volucris immundæ,  
& odibilis, quia de vino iræ fornicationis eius biberunt  
omnes gentes, & reges terræ cū illa fornicati sunt, Et mer  
catores terræ, de v̄tute delitiarum eius diuites facti sunt.  
Mercatores hic nominat, de quibus loquitur Petrº. Erūt  
in vobis magistri mendaces, qui in auaritia fictis v̄bis de  
vobis negotiabunt. Post hæc Ioannes, Et audiui aliã vo  
cem dicentē, Exite de illa popule meº, & ne participes si  
tis delictorũ eius, & de plagis eorũ ne accipiat, qm̄ perue  
nerunt peccata eiº vsq; ad cœlũ, & recordatus est dñs iniq  
tatũ eius. Ecce quid eis sua figurata afferat interpretatio,  
vt oibus scilicet a Romana Curia impune liceat deficere.  
Ecquid ergo nos culpamur Boemi? O vtinã oēs pari mo  
do ab hac, nostro ducti exemplo, deficerent Babylone, q  
fortasse a sua impietate respisceret citius. O vere typum  
gessit Romanæ Curia occidentalis Babylonis, illa nō mo  
do prophetica, sed etiã gētiliũ literis damnata Babylon,  
cui indultũ, ac licitũ fuerat (vt Plutarchi repetã v̄ba) psal  
lere, scorta alere, cauponæ indulgere, sinuosis tunicis ami  
ciri, pudicitia prostitueret. An nō æquat medo, imo etiam  
superat Roma verissima Babylon ista oia? Nonne & cor  
poris & rerũ sacrarũ castitatē impudentius prostituit, quã  
vel illic munditiẽ corpis impudentissima foemina? Apud  
illas em̄ quæ ex fœdo coitu prouenerat, Veneri sacra fuit  
stipes, hic quod rerũ sacratissimarũ affert pstitutio, Chris



to acceptum ferri dicitur. Sed ne hoc loci in Babylonem  
Romanensem pluribus inuehā, aliq̄tis per me cohibebo,  
nam hæc alias pertinent.

### RESPONSIO.

**Q**uod tanto verborū ambitu conatur aduersari⁹, per  
stringā paucis. Nō fuisse Romæ scriptā priorem illā  
epistolā Petri, neq; p̄ Babylonē illic tropice Romam  
intelligi debere, qm̄ apud Cosmographos, duas constat esse  
se Babylonas, alterā in Assyria, alterā haud p̄cul ab Aegy  
pto. Sed nō multis ad hanc responsionē explodendā opus  
erit, præsertim, quū aduersari⁹ aut ex scripturis, aut ex aliq̄  
sacroꝝ interpretū, nullū prorsus afferat testimoniū, sed me  
rum sui capitis cōmentum, omnis rationis expers. Et esset  
profecto magna rerū Christianorū inconstantia, si quod a  
patribus per tot sæcula, ratū accepimus, iam ob vnus hois  
tam futile commentū, & ob tam leuissimū aeris flatum, illi  
co mutauerimus. Quid enim si prope Aegyptū altera quæ  
dam Babylonia fuerit? num propterea cōsequetur, vt ex eo  
loco Petrus Epistolā illam suā catholicam scripserit? Qua  
precor, dialectica cōsecutionem istam comprobare poterit  
aduersari⁹? An hoc ignorabant priores ecclesiæ proceres  
(de vetustissimis loquor) a quibus ad nostra vsq; tempora p̄  
cæteros dimanauit, & quasi per manus traditū est, q̄ petrus  
eandem Epistolam Romæ scripsisset, & q̄ in eadem, ab eo  
Roma tropice vocata sit Babylonia? Superius em̄ id ipsum  
ostendimus, non a Lyrano solum, verum etiam a Tertullia  
no, a Hieronymo, ab Eusebio, & demum a Papia episcopo  
Hierapolitano. Q̄ si recentiores quis autores desyderau  
erit, Beda sui t̄pis eruditissimus, in eiusdē epistolæ cōmenta  
rijs ita scribit, Salutatur ecclesia, quæ est in Babylone col  
lecta, & Marcus filius me⁹, Babylonē typice Romam dicit;  
videlicet, propter confusionē multiplicis idololatriæ. In cui  
us medio sancta ecclesia, iā rudis & p̄parua fulgebat, iuxta  
exemplū plebs Israeliticæ, q̄ quondā p̄ua numero & capti  
uata, sup̄ flumina Babylonis sedēs, absentia sanctæ terre de

Beda,



flebat, nec canticū dñi in terra alienā cātare valebat. Et paulo post, Marcū at filiū suū euangelistā dicit, qui ei⁹ in baptis-  
mate dicitur filius effectus. Vnde patet, q̄ priusq̄ Marcum  
Alexandriā de Roma ad euangelizandū mitteret, epistolā  
hanc scripsit. Tpe at̄ Claudij principis, & Petrus & Marcus  
Romā venerūt, & ipse Marcus, descripto Romæ euangelio  
suo, Alexandriā missus est. Vnde colligit̄, quia epistolā hāc  
Petrus, dū quæritur, ubi vel qñ scripserit, locus erat Roma,  
tps Claudij cæsaris. Hactenus Beda. Frontē igitur meretri-  
ciā indutus aduersarius, nihil erubescit aduersus toti⁹ eccle-  
siæ proceres, stolidam suā opinione cōfingere, quū nec vnū  
ex interpretibus sacris, habeat sui mendacij fautorē, sed nec  
vllam. afferre p̄bilitatē pōt, aut ex literis sacris, aut ex p̄-  
fana qualibet historia, q̄ Petr⁹ vnq̄, prope ptes illas accessit  
rit. Et mirū est, si princeps apostolorū ad eā regionē accessis-  
set, q̄ apud nullū scriptorē aliquod itineris ei⁹ vestigiū sup-  
esset, quū de quolibet altero toti⁹ pegrinatiōis suæ descrip-  
ta sit historia. Sed hæc ad responsionis eius conuulsionem  
sufficiunt.

Insignis Vele-  
ni impudentia

### CAVILLVS. TERTIVS.

Si nihil aliud, hoc p̄fecto solū, magno esset argumen-  
to, Petrū Romæ ante priorē etiā Pauli illac aduentū fuisse,  
se, quod dū ē Hierosolymis, vt Lucas in actis apostolorū  
tradit, militibus comitatus, Romā vinc̄tus duceretur, oc-  
currerunt ei fratres ad Appij forum, quibus visis, gratias  
deo egit ille. Nam quo monitore in Christū credidissent,  
si tunc Petrus Romæ abfuerit.

### RESPONSIO.

Christianos p̄tinus post Christi passionē, & nō dūta-  
xat Paulo illac veniēte Romæ fuisse Orosi⁹, Tertullian⁹,  
Platina, imo Christianorū hostis Suetoni⁹ Trāquill⁹ tes-  
tanf, Orosius em̄ libro. viij. ad hūc modū scribit. Postquā  
passus est dñs Iesus Christus, atq; a mortuis resurrexit, &  
discipulos suos ad p̄dicandū misit. Pilatus p̄fes Palæstinæ  
provinciae ad Tiberium impatorē, atq; ad senatū retulit,



de passione & resurrectione Christi, consequentibusque vir-  
tutibus, quae vel per ipsum factae fuerant, vel per discipu-  
los eius, in nomine eius fiebant, Et de eo quod certatim cres-  
cente plurimorum fide deus crederetur, Tiberius ergo cum  
suffragio magni fauoris retulit ad senatum, ut Christus de-  
haberetur. Senatus indignatione motus, quod non sibi prius  
secundum morem delatum est, ut de suscipiendo cultu prius ip-  
se decerneret, consecrationem Christi recusauit, edicto quoque con-  
stituit, exterminandos esse ex urbe Christianos, praecipue  
cum & Seianus praefectus tyberij suscipiendae religioni obsti-  
natissime contradiceret, Tiberius tamen edicto accusatoribus  
Christianorum mortem comminatus est, de quo Tertullianus  
in Apologetico aduersus gentiles modestius aliquando  
loquitur. Tiberius (inquit) cuius tempore nomen Christianum  
in seculum introiuit, aut nunciatum sibi ex Syria Palaestinaque,  
illuc veritatem illius diuinitatis reuelarat, detulit ad Senatum,  
cum praerogatiua suffragij sui, senatus, quia non ipse probauerat,  
respuit, Caesar in sententia mansit, comminatus periculum  
accusatoribus Christianorum. Omitto dicere quod scri-  
bant Suetonius, & Plinius, hic in Christi, ille vero in Ti-  
berij vita, quibus satis insinuat, tutam fuisse a Tiberij tempo-  
ribus, ad Neronis usque imperium, & sub eius imperio ad usque  
Pauli aduentum, Christianam Romae religionem, Tertullianus  
non ad stipulante, his verbis. Consulite commentarios vestros,  
illuc reperietis primum Neronem in hanc sectam Caesari-  
ano gladio ferocisse. Quare nullus mirari debeat tot fratres  
Romae fuisse, qui Paulo venienti occurrerint, quoniam  
ampliscente etiam illic pietate, ordinatione spiritus sancti,  
nec presbyteri illis defuerant, uti Narcissus, Andronicus,  
Iulias, & caeteri, quatenus nihil opus habuerint Petri prae-  
sentiam desiderasse, quos deinde Paulus quoque ipse cum  
per epistolam faciendorum admonuerat, tum praesentialiter  
inuiserat, ut iam abunde in prioris nostri libelli particula  
singula haec indicauimus.

## RESPONSIO.



**O**bjicit hic aduersarius sibi, quod neminem alium arbi-  
tror obijcere voluisse. Neque enim ex hoc, vrgere quisque  
potest, fuisse Romae Petrum. Nam nihil est necesse,  
quod illuc prius accessisset Petrus, quam vlli alij Christiani. Simul  
& credibile est, fratres ipsos, qui tum obviam Paulo vene-  
rant, aliquam ante cum Paulo necessitudinem habuisse, neque  
primum Romae fuisse conuersos ad Christianismum. Debilis  
igitur obiectio est, nec ratione multo robustiori conatur  
aduersarius eam confutare. Quid enim si dum Tiberius im-  
peraret, fratres quidam, facta per Stephani mortem disper-  
sione, quemadmodum in actis traditur, concessissent Ro-  
mam: num ob id non fuisset item praesentia petri necessaria?  
Annon legimus in actis, quod quum audissent apostoli, quod Sama-  
ria per philippum recepisset verbum dei, miserunt ad eos  
Petrum & Ioanem? Ecce quum accepisset ecclesia, Samaritas per  
philippi praedicationem ad fidem fuisse conuersos, & bap-  
tizados, operae precium tamen fuisse duxit, vt nihilominus Pe-  
trus & Ioannes eo se conferrent. Eat nunc Velenus, & argu-  
tetur, Roma narcissum habuit, Andronicumque & Iulianum  
atque priscillam & Aquilam, iccirco nihil opus habuit Petri praesentiam desiderasse. Necessaria profecto fuerat Petri praesentia Romae, quum ob alias causas, tum quod magi Simonis artes apprime callebat, cuius gratia potissimum & Samariam pridem accessit. Nam vt in actis proditur, ille apud Samariam artem exercebat magicam, ac gentem Samariae demetabat, dicens se esse quempiam magnum, cui auscultabant illi a minimo usque ad maximum, dicentes, hic est virtus dei, quae vocatur magna. haecenus ex actis, viij. ca. Ob huius nimirum artes, apostoli qui tum erant Hierosolymis, metuentes ne Samaria conuerteret, Petrum & Ioannem eo miserunt. Pudefactus itaque Simon, ilico recessit Antiochiam, quo & Petrus haud diu postea se recepit. Caeterum & inde quum esset per Petrum fugatus, Romam se contulit. Ob quam rem, & eum secutus Petrus, tandem venit Romam. Nam eadem causa, quae Petrum ante ad Samariam, & post hoc Antiochiam traxit, iam ad eum quoque Romam adire. Si non eius conflictationis, quam Romae cum Simone Petrus habuerat, plerique scrip-

Actuum. viij.

Actuum. viij.



Aegesippus,  
Orosius.

Eusebius.

tores meminerit, inter quos & Aegesippus est, nemo nobis credat, sed iam ad Orosium veniam<sup>9</sup>, ex cuius historia, nobis aduersarius citat, Tiberij tempore Senatum edicto constituisse, exterminandos ex vrbe Christianos. Quobrem & oportuit Tyberij tēpore, Christianos Romæ fuisse. Sed audiat aduersari<sup>9</sup>, quid idē Orosius eiusdē libri ca. iij. scripserit, in hunc modū. Exordio regni Claudij, Petr<sup>9</sup> apostol<sup>9</sup> dñi nostri Ihesu christi Romam venit, & salutarem cunctis credentibus fidem, fideli verbo docuit, potentissimisq; virtutibus approbavit. Exin, Christiani Romæ esse cœperunt. Hactenus Orosius. Audiat istud Velenus, nempe cœpisse Romæ Christianos post aduentum Petri, & ori digitū apponat. Idem testatur & Eusebius ca. xiiij. libri secundi, de Petro loquens. Salutaris prædicationis verbo, primus in vrbe Roma euangelij sui clauibus, ianuam regni cœlestis aperuit. Ecce primus in vrbe Roma, Petrus verbo salutaris prædicationis, hoc est clauibus Euāgelij sui, cœlestis regni ianuam Romanis aperuit. Nec cōtradicit Orosius sibi. Stat eni & conuersos aliquos ex Iudæa, vt supra diximus, Romam ante Petrum venisse, qui nihil ibi publicitus docuerunt, & tamen Petrum primū fuisse, qui Romanis erat concionat<sup>9</sup>, & ex ipsis Romanis aliquot ad Christianismū conuerterit. Cateri vero, quia præter Orosium nihil alicuius momenti afferunt, nullam a nobis exigunt responsionē. Et hactenus pro responsione ad tertium Cauillū dictū sit.

#### CAVILLVS QVARTVS.

Quibus ea res magis cōperta fieri debuit, atq; discipulis apostolicis, & qui proxime vigerunt post apostolos. At illi hoc nobis indubitato prodidere Petrū & Paulum Romæ passos fuisse, quorum vnus videlicet Lini, Timotheum salutauerat nomine Apostolus dicens, Salutate Eubolus, & Pudens, & Linus. Alterius autem in actis apostolicis celebratur memoria, inquitente Luca, Quidā vero viri adherentes Paulo crediderūt, in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier nomine Demaris, & alij cū



eis. Præterea Aegesippus, qui Aniceti decimi post petri  
Romani pontificis tempore Romam aduenerat, in lau-  
dibus fidei Christianæ versatus, eiusce passionis Petri &  
Pauli meminit.

### RESPONSIO:

Si mihi nil aliud esset, quatenus pbem passionēs illas  
Petri & pauli, ab eorū discipulis nō fuisse conscriptas, di-  
uersitatē illā, & discrepantiā, quę illic reperitur, firmissimę  
pbatōnis loco ponerem. Sed quia sunt mihi pleracq; mul-  
ta ad perditā hanc suspitionē tollendam, illius ne memine-  
ro quidē. Persuasum est doctis oibus, non modo discipu-  
lis apostolicis, sed & ipsis apostolis adhuc supuiuentibus  
hanc iniuriā sæpius factam fuisse, vt multa eorū sub noie  
Christianæ professioni repugnantia in publicū ederent.  
Noie enim Pauli (vt Origenis testis est) ad Thessalonicē-  
os, a pseudoapostolis quo facilius deciperentur, porrecta  
fuit epistola. Quos apostol⁹ re tandē comperta, propria  
ad eosdē data epistola admonet his prope verbis. Non ci-  
to moueamini, inqt, a vestro sensu, neq; terreamini, neq;  
per spiritū, neq; per sermonē, neq; per epistolā tanq; p nos  
missam. Et Hieronymus visionē Pauli, & Teclæ, ac bap-  
tizati Leonis fabulā sub nomine Pauli, a quodā Asiæ ps-  
bytero fuisse editā scribit, quod ipsemet postea, Tertulli-  
ano teste, se fecisse Pauli amore cōfessus est. Clementis  
item, cui⁹ Apostolus ad Colossenses scribens, mentionē  
facit, multis errorib⁹ hæretici respserunt libros, quorū qui-  
dā Eunomij hæresim sapiunt. Nā disputat quodā in libro  
filiū dei, ex nullis extantibus creatū. Item dæmones nō vo-  
luntatis maliciā fecisse, sed creaturā eos esse diuersæ quali-  
tatis ab alijs pductā. Et longe plures aliij inibi reperiūt er-  
rores. Rursū Dionysij cuiusdā Alexandrini episcopi vsq;  
adeo deprauati sunt libri, vt ei⁹ autoritate Arrianorū hæ-  
resis, filiū dei nō eiusdē substantiæ esse cū patre ausa sit cō-  
firmare. Origenis nōdū mortui, tot iā subdititijs errorib⁹  
scatebāt libri, vt sæpiusculę hęc iniuriā deplorasse legitur.



Et Ruffinus in Apologia p Origene, De hereticorū, in-  
quit, temeritate, vt credi istud scelus facile possit, illa res  
maximū credulitatis præstat exemplū, quod abstinere im-  
pias manus, etiā a sacrosanctis quidē euangelij vocib⁹ nō  
potuerūt. Apostolorū vero vel actus, vel epistolas quali-  
ter polluerint, qualiter corroserint, qualiter in oibus ma-  
cularint vel addendo impia, vel auferenda quæ pia sunt,  
si quis vult pleni⁹ scire, ex his libris Tertulliani, q̄s aduer-  
sus Marcionē scripsit, plenissie recognoscat. Et alibi inq̄t,  
Peruersi hoies assertionē dogmatū suorū, sub viroꝝ san-  
ctorū nomine tanq̄ facilius credenda inseruerunt ea, quæ  
ipsi nec sensisse, nec scripsisse credendi sunt. Et ideo Ori-  
genes homilia vigesima sexta sup Matthæo dicit, Opor-  
tet caute cōsiderare, vt nec oia secreta, quæ ferunt in no-  
mine sanctorū suscipiam⁹. Quantū ad Dionysium Areo-  
pagitā atinet, nulla est cunctatio, quin passio illa petri, &  
Pauli ei adscripta nō sit subdititia, probant em̄ & Lau-  
ren. Val. & ERASMVS Rot. in annotationibus libros,  
qui sub noie eius circūferunt, falso ei attributos, vt sūt de  
cœlesti Hierarchia, de Theologica Hierarchia, de diu-  
nis noibus & cæteri. Nondū em̄ ecclesia, cuius tpe vige-  
rat ille, tantā nouerat ceremoniarū turbā, quanta in eis li-  
bris traditur. De cætero at Petri, & pauli sub nomine Li-  
ni euulgatæ passiones, tantū habent pmixtæ sibi falsitatis  
vt in multis non modo Christo, & Paulinis literis, sed &  
Petri ipsius cōtradican sermonibus, quod equidem nisi  
me prolixitas arceret, promptum esset ostendere. Persua-  
deo tñ mihi græculū quempia (vt Iuuenalis vtat ȳbo) mē-  
dacem, & lenonē potius aliquē, quā Linum has passiones  
commentū fuisse, qui Paulinā ad Timotheū epistolā olle-  
cerit magis aliqñ, quā intellexerit. Nā cū mendacē memo-  
rem esse oporteat, ille obliuione sua ingenue se mentitū  
ostendit. Arbitror eū legisse aliqñ Paulū his ȳbis Timo-  
theū ad sese allecantē, Festina ad me venire cito. Demas  
em̄ me reliquit diligens hoc seculū, & abiit Thessalonicam,  
Crescens in Galatiā, Titus in Dalmatiā, Lucas est mecum  
solus, qui quidē impostor nō habens perspectū, vñ Apol



tolus epistolā ad Timotheū miserit, & ubi se locor̄ expe-  
ctaturū dixerit, & ubi Titus ac Crescens recedentes apos-  
tolū reliquerint, passionē Pauli ad hunc modū exorditur;  
Cū venisset Romam Lucas a Galatia, & Titus a Dalma-  
tia, & expectauerunt Paulū in vrbe, q̄s cū adueniens pau-  
lus vidisset, lætatus est valde, & cōduxit sibi extra urbem  
horreū publicū, hæc v̄ba illius, in quibus apostoli primū  
oblitus est dicentis, Crescens abiit in Galatiā. Lucas mecū  
solus est. Nā prapostere Lucā dicit rediisse e Galatia, quo  
nūq̄ abierat ipse, sed indiuidu⁹ Apostoli fuerat minister;  
Et apostolus Crescentē dixit petiisse Galatiam. Proinde  
credibilius fuisset si eundē redeuntē Galatia hic leno po-  
suisset. Post hæc subinfert, Expectauerūt Paulū in vrbe,  
quasi Paulus e carcere quopiā recedere potuerit, & nō ad-  
uentū Timothei, ac Marci, quos optauerat ante hyemem  
ad se venire, expectauerit, quō ergo venerat Romam, vñ  
de nō recesserat? Aut quō Lucas, & Titus expectassent  
aduenturū apostolū, quē in carcere detineri sciuerant? ni-  
mirū cū Galatiā, & Dalmatiā proficiscentes illic eum reli-  
querint. Vtcrius scribit, & conduxit sibi horreū publicū,  
ubi cū ijs, & alijs fratribus de v̄bo vitæ tractaret, cœpitq̄  
interea corrigere multitudinē maximā, & adhiiebantur  
per eū fidæi multæ animæ, opante dei gratia, ita vt per to-  
tā urbē sonus p̄dicationis, & sanctitatis eius fieret, & exi-  
ret fama per vniuersam regionē de illo, hæc ipse. Sed pau-  
lus diuersum quiddā in epistola sua dicit. det misericordi-  
am dñs Onesiphori domui, quia sape me refrigerauit, &  
catenam meā non erubuit, sed cū Romam venisset, solici-  
te me quaesuit, & inuenit. Confer v̄ba Pauli, ac Lenonis  
hui⁹, hic inquit, conduxit sibi horreū publicum. Ille One-  
siphorus catenam meā non erubuit, nisi forte cum catena  
ex aliquo carcere Romā Paulus profugerit, qua se libera-  
re nō poterat. Hic dicit q̄ fama nō modo per urbē, sed &  
per oēm regionē vñdq̄ de eo ferebatur, & concursus ho-  
minū ad eū fiebat. Ille v̄o Onesiphorū dicit solícite se que-  
suisse, ac vix tandē inter catenas inuenisse, mirū q̄ fama,  
quæ de Paulo volitabat, illac eū nō pduxerit. Atq̄ in hūc



modū totā illam passionē, & alteram Petri possem suppi-  
lare, sed proprii voluminis hoc iā esset negociū. Hæc em̄  
paucā ideo refello, vt maximū eorū ostendam mendaciū,  
qui passionē has cōmentitias, & in certo authore natas,  
in Linū transfundunt. Non em̄ tam rudis fuerat Linus, q̄  
tunc Paulo adhærebat, cū epistolam ad Timotheū scrip-  
serat, vt statim dictosq; obliuisceret, imo cōfunderet & ba-  
Paulina, & diuersa scripserit ab eo. Quod idē sentiri &  
de Aegesippo, qualiter em̄ homo ille post multa tpa Ro-  
mam veniens, historiæ seruare potuisset veritatē. Qui  
neq; rei gestæ aderat ipse, neq; Roma illa tempestate de  
eorū passionibus quicq; sibi conscia erat, siquidem multis  
post Aegesippū tpius fabulā hāc fuisse fictam certū est.

### RESPONSIO.

Facile fuerit ad hunc modū, scriptorē vnūquēq; rei ce-  
re, si ppter eiusmodi cauillos nullius essent autoritatis  
habendi. Nā quis mihi quemuis autorem dabit, cui (si  
meæ sententiæ fuerit cōtrarius) nō obijciam, vel q̄ ei⁹ scrip-  
ta per hæreticos deprauari potuissent, vel q̄ adesse nōnihil  
il erroris in eo calūniabor. At nisi quis vel deprauationem  
palam ostendat, vel id ipsum errorem esse conuincat, q̄ no-  
bis autor ille subscripserit, nullo iure videri p̄t a nobis repel-  
lendus. Quid em̄ si Pauli nomine cōficta fuisset quædam  
ad Thessalonicenses epistola: num ob id cæteris minorē ha-  
bituri sumus fidē. Absit. Sed ea sola, quam constat esse cō-  
menticiam, nullius apud nos momenti putetur. Reliquis  
vero quibuslibet, de quibus nulla prorsus eiusmodi suspi-  
tio fuerit, honor manebit inuiolatus. Doceat igit̄ Velen⁹  
si potest, qua ratione quisq; hæreticorū fingere voluisset pe-  
trum fuisse Romæ, aut cuius hæresis hac opinione vel tan-  
tillum promoueri potuisset. Quod si nequæat, vt & pfe-  
cto nequit, quū id ipsum hæreticis longe magis aduersetur,  
q̄ profit, non video cur suspicari quisq; debeat, illud cuius-  
piam autoris operi fuisse ab hæreticis intersertum. Nec ob



fiat illud Origenis, quā admonet non oportere oia a nobis  
suscipi, quæ sub nomine sanctorū feruntur. Nam aliud est,  
non suscipere oia, & nulla suscipere. Voluit igitur origenes,  
vt nō sine delectu susciperemus. Et propterea dixit. Opor  
tet caute considerare. Sed noluit vt illud repelleremus, in  
quo nulla esset mali suspitio, quodq; semp a primordijs ec  
clesiæ fuisset ab oibus receptum. Cuiusmodi constat & istud  
esse, de quo iam colliamur, nempe qd aliquā Romæ Petr<sup>o</sup>  
fuisse. Nam ad hunc vsq; diem nemo repertus est, præter  
vnū Velenum, & hunc (vt nihil aliud dicam) ecclesiæ Ro  
manæ capitalem hostem, qui negarit vnq; Petrū fuisse Ro  
mæ, quū tot & tam eximij scriptores, & idem vetustissimi,  
de quibus ante diximus, id ipsum toties & tam vnanimitè  
affirmant. Esto, sit nōnulla de anno, siue de die, quo fuisset  
apostoli necati, varietas. Nihil hoc obstare debet, quin Ro  
mæ fuissent necati, sicut nec de Christi morte Hierosoly  
mis facta, dubitare licet, quum tñ vt superius ostendim<sup>9</sup>, in  
ter scriptores non de anno solum, verumetiam de die, quo  
fuerat crucifixus, haud parua controuersia est. Varietas igitur,  
quæ inter scriptores contigit de tempore necis Apo  
stolorum, non amputat fidem huius, qd Romæ fuissent ne  
cati, & præsertim, si nullum aliud esset indicium, qd qd Ro  
mæ tanta Petri Pauliq; cineres, ad hodiernum vsq; diē ha  
beantur veneratione. Sed ex tanto scriptorum numero,  
tres dumtaxat carbone notauit aduersarius, nempe Diony  
sium, Linum, & Aegesippum. At expendamus, quid istis  
obiecerit. Quantum ad Dionysium (inquit) Ariopagitam  
attinet, nulla est cunctatio, quin passio illa Petri & Pauli  
ei adscripta, sit subdititia. Probant enim & Laurētius Val  
la & Erasmus Roterodamus, libros, qui sub nomine eius  
circunferuntur, falso ei attributos. Atqui si Dionysij ipsius  
non fuerint, num propterea quicquid in eis contineatur,  
ilico damnari debeat. Plurimum utiq; LAVRENTII,  
sed multo magis ERASMI, iudicio tribuendum puto,  
qui nec reijcit tamen, quæ in ipsis libris tradita sunt.  
Rursum, Commenta mendaciaq; vocat aduersarius,  
quæ Lino de Petri Pauliq; passionibus, attribuuntur.

Dionysium, Li  
num, Aegesippum  
carbone nota  
uit Veleus.



Sed qua ratione? Ea nimirum, quod quum Paulus epistola ad Timotheum secunda scripserit, abisse Crescentem in Galatiam, Titum in Dalmatiam, & solum apud se Lucam tunc esse, passio tamen Pauli sic inchoat, Quum venisset Roma Lucas a Galatia, & Titus a Dalmatia, expectauerunt paulum in vrbe, haec tenus ex aduersario. Sed quid ista repugnant? Spectat enim ad diuersa tempora, quae vel ordinat prepostere, vel inter se perperam commiscet aduersarius. Nam id quod Linus scribit, factum est, priusquam Paulus Roma secundo venisset. At illud ad Timotheum scriptum fuit, posteaquam venisset, & esset in vincula coniectus. Et quid prohibet, quo minus, vel ab Hispania, vel ab alia quauis regione rediturus Romam Paulus, promississet Lucam in Galatiam, aliquorum negotiorum gratia, & Titum similiter in Dalmatiam, & quod ipse rediissent Romam, priusquam huc se recepisset Paulus? Et postea rursus quod Roma aduenisset, quid verat, Titum iterum in Dalmatiam misisse, & Crescentem in Galatiam, Luca solo secum remanente? Sed dicit aduersarius Lucam indiuiduum fuisse pauli ministrum, fuit utique Lucas minister Pauli, sed non sic indiuiduus, ut nunquam alicuius negotii gratia discesserit ab eodem. Id quod non solum ex actis patet, verum etiam ex epistola ad Corinthios posteriori, quam per Titum & Lucam fuisse Corinthiis redditam oes confitentur. Sed & ipse Paulus in eadem scribit, ubi de Tito fecerit mentionem. Misimus (inquit) vna cum illo fratrem eius, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias, nec id solum, verum etiam delectus est ab ecclesijs, comes peregrinationis nostrae, haud dubie Lucam aperte describens. Porro quod de horreo publico dicit aduersarius, quid verat Paulum, horreum conduxisse, priusquam denuo in carcerem fuisset detrusus? Nec diuersum est, quod ait Paulus, det misericordiam dominus Onesiphori domui, quia saepe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit. Nam hoc factum est, posteaquam esset Paulus secundo coniectus in vincula. Liquet igitur nullius esse roboris ea, quae aduersus Linum produxit aduersarius. Neque profecto minus perperam suggerat Aegesippum. Quid enim, si post multa tempora venisset Roma Aegesippus? nunquid non historia ante scripsisse potuerit. Sed & illuc accedens, nonne quae fide

ij. Corint, viij,

Aegesippum perperam suggerat Velenus.

riliter suggerat Aegesippum. Quid enim, si post multa tempora venisset Roma Aegesippus? nunquid non historia ante scripsisse potuerit. Sed & illuc accedens, nonne quae fide



publica didicisset ab alijs, ipse literis pari fide potuit comē-  
dare. Ceterū hīstoriam, quæ passim Aegēssipi noīe circū-  
fertur, vel ex eo cōstat autenticam esse, q̄ eam diu<sup>o</sup> Ambro-  
sius latinam reddiderit, id quod haudquāq̄ tantus vir fecis-  
set, ni certo sibi constitisset de autore. Sed si dederimus ad-  
uersario, trūm horū libros fuisse cōmenticios, quid aduer-  
sum reliquos hīscere valebit. De quorum libris nemo dubi-  
tat, quicq̄ nec paruo numero sunt, nec autoritatis a quouis  
cōtemnendæ. Ceterū præter innumeros scriptores, tot eius-  
dē rei monumenta sup̄extant, vt nō possit non impudentis-  
simus esse, qui cōtradīcere moliretur. Prætereo cōstantissi-  
mam famā, quā hīstoriæ legē, cum alijs, tum Hieronymus no-  
minatim appellat. Taceo Myrsilij, Methastenisq̄ Canones  
quibus hui<sup>9</sup> hīstoriæ veritas exactæ cōprobari possit. Ve-  
reor em̄ ne mea prolixitas nimio lectorem affecerit tēdio.  
Sed candidiores boni cōsulent, scientes, q̄ argutationibus  
vsq̄ adeo prolixis, paucis v̄bis responderi non potest. Cæ-  
terum ista sufficere putamus ad efficacem earum labefacta-  
tionem.

Ambrosius,

Hieronymus.

### CAVILLVS Q VINTVS.

At ecclesia Romana, verba ex passione Linī, quē tu  
lenonē potius aliquē, quam Linum fuisse blasphemias, de  
prompta annuatim decantat, id ne utiquam factura, si eā  
non legitime descriptam scierit. Inter cætera in passione  
Petri & hæc ponuntur verba. Vt autē portā ciuitatis vo-  
luit egredi Petrus, vidit sibi Christū occurrere, & adorās  
eū ait, Dñe quo vadis? Rñdit ei Christus, Romam venio  
iterū crucifigi. Et ait ad eū Petrus, Dñe iterū crucifigeris?  
Et dixit ad eū dñs, Etiam, iterū crucifigar. Petrus autē dix-  
it, Dñe reuertar, & sequar te. Et his dictis, dñs ascendit in  
coelū. Petrus autē prosequutus est eū multo intuitu, atq̄  
dulcissimis lachrymis. Et quo id magis factum credat, hæc  
cætenus extat ibi loci exædificatum sacellum, vbi hæc habi-  
ta sunt verba.

### RESPONSIO.

M I



Bene habet, q̄ vn̄iuerſalis eccleſia ſancta prophanum  
hoc mendaciū contra Chriſtum, contra Paulū, immo con  
tra ipſummet Petrum, ac fidē catholicā nō decātat, Oriē  
tales enim eccleſiæ, q̄ ſat ſcio, & multi etiā in occidēte fi  
delium hāc vocē nō recipiūt. Romanā vero eccleſiam hęc  
mendacia approbare, profiteri, decantare quid prohibet?  
quæ mēdacijs eſt alioqui refertiſſima, potuit ne diſcipul  
apostolic<sup>9</sup> hāc portēta horrēdiſſima toto cœtui fidelium  
ſcribere, vt iā Chriſtus Petro occurſurus tunc e cœlis deſ  
cenderit? Et tanquam Petrus Chriſti verbis admonitus,  
rurſum Romā ſeſe recepit fratribus ea, quæ euenerāt nun  
ciaturus. Quid Petr<sup>9</sup> em̄ hac fabula ap̄ eos promouiſſet  
nō intelligo, quam vt pro ſeductore, & mendace habere  
tur ab oībus. Qui quondā ad Iudæos de Chriſto loqui  
tus, vt Actū habet tertio, dixerat, oportet quidem cœ  
lum Ieſum Chriſtū ſuſcipere, vſq̄ in t̄pa reſtitutionis om  
nium quæ loquutus eſt deus p̄ os ſanctorū ſuorū, a ſeculo  
prophetarum, Quō tunc ergo cœlū, terris Chriſtū reddi  
derat añ cōſummationem omniū, quæ circa diem iudicij  
primū eſt futura, dicentib<sup>9</sup> etiā Angelis ad eos, qui intue  
bātur Chriſtū in nube pergētē ad cœlum. Hiſc Ieſus, qui  
aſſumptus eſt a vobis in cœlū ſic veniet, quē admodū vidi  
ſtis eū euntē in cœlū, Quod explanat Matthæus de aduē  
tu eiūſdē ad iudiciū. Videbunt, inquit, filium hominis ve  
nientē in nubib<sup>9</sup> cœli, cū virtute multa, & maiestate, quē  
admodum enim in nube aſcēderat. ſic in nube ad iudican  
dū reueniet. Ecce quā incōueniat credere, vt vnquā Chri  
ſtus in ea perſona, qua a nube correptus in cœlū deuola  
uit, in terras deſcēderit. Sed reuera ad diē iudicij primū a  
fidelib<sup>9</sup> expēctatur reditur<sup>9</sup>, vt ad eā ſententiā Pſalmiſta  
quoq̄ alludit, Dixit dñs domino meo, ſede a dextris me  
is, donec ponā inimicos tuos, ſcabellū pedū tuorū. Vnde  
nunquā adhuc perſonaliter deſcēdiſſe credit<sup>9</sup>, vt alicui ſan  
ctorū in terris apparuerit. Em̄ uero in cœlis ſemp apparere  
dignat<sup>9</sup> eſt, & abinde ad eos & loqui. Stephanus em̄ intē,  
dēs in cœlū vidit gloriā dei, & Ieſum ſtantē a dextris ſtu  
tis dei, Et Paulū ap̄ propinquantē Damasco ſubito circū



fulsit lux de coelo, qui cadens in terrā audiuit vocē dicens  
tem sibi, Saule Saule quid me persequeris. Qui tremens ac  
stupens dixit, quis es dñe? Et ille, Ego sum Iesus Nazare  
nus, quē tu persequeris, quod ille de sua cōuersione miri  
ficatum illic cū Iudaeos alloquitur. Actū, xxij. tū ubi apud  
Agrippam, & Festum praesidē, Actuum, xxvi. data ei se  
se defendendi copia proprijs verbis attestatur. Cum ireni  
(inquit) Damascū, cū potestate & permisso principū sacer  
dotum die media, in via vidi rex, de coelo supra splendo  
rē solis circūfulsisse, me lumen. Et Petro olim, an gentib⁹  
praedicando sit Euangeliū hallucinanti, non quidē perso  
naliter Christus apparuit, sed in extasim raptum, ne quid  
cōmune diceret, ac immundū edocuit. Et nusquā prorsus  
post ascensionem suā alicui sanctorū apparuisse, in eo ha  
bitu, quo post resurrectionē suā, per dies quadraginta cō  
uersatus est cū discipulis, conuescebatur, & loquebat eis  
de regno dei, Christū in sacra scriptura legimus, imo nec  
aliquā appariturum prius, q̄ dies iudicij venerit, credimus,  
fide catholica Christiani instructi. Quantū flagitium er  
go, tanta contra legē dei mendaciorū simulacra discipulo  
apostolico attribuere, quibus bonū ille virtutis specimen  
de sese praebuerat, eorumq; doctrinā pulchre percalluit.  
Possē hic & de sacello, quod in hui⁹ mendacij robur ex  
structū est, non nihil dicere, & probare copiose, nullum sa  
cellum, nec aliquam basilicam ad aliquot annorum centu  
rias Romae, & locis ei adiacentibus exaedificatam fuisse,  
sed Christianos in latebris, & speluncis subterraneis con  
uenire solitos vel ad mortem domini annunciandam, vel  
hymnis & orationibus Christi suffragium, & diuinā gra  
tiam sibi demerendam.

#### RESPONSIO;

**I**ntelligis lector, quid ex his aduersari⁹ molias. Nepe q̄  
Christ⁹ p̄dicta nō sit locut⁹ Petro. At quā rōe? Nimis,  
ga nūc e coelo descēderit Christi⁹, citra q̄ eo cōscēdisset



Actuum. iij.

Lucæ. xxij.

Matthæi. xxvi

I. Corin. ix.

I. Corin. xv.

sed nec vnq̄ inde discensurus est, ante iudicij diem, id quod ex sacris literis astruere conatur. Et primū, ex ipsius petri v̄bis actorū ca. iij. Oportet (inquit) cœlū Iesum Christū suscipere vsq̄ in tempora restitutionis omnium, quæ locut⁹ est de us per os sanctorū suorū a sæculo prophetarum. Quō ergo cœlum terris Christum reddiderat ante consummationem oim, quæ circa diē iudicij primū est futura? Respondemus, q̄ ex hac scriptura nihil amplius colligitur, q̄ q̄ Christus in cœlo perpetuo sit mansurus, donec ad iudicium venerit. Neq̄ istud quicq̄ aduersatur historiæ priori, q̄nquidē christus mirifica sua potestate se præsentē terris corporaliter & p̄sonaliter exhibere potest, manens in cœlo nihilomin⁹ apud dexterā patris incōuulsibiliter. Nā istud omnes, quotquot orthodoxi sumus, cotidie fieri nihil dubitamus, Christum enim in altaris sacramento vere p̄ntem credimus, & nihilomin⁹ apud patrē quoq̄, vere p̄ntem in cœlis. Dedit enim haud dubie ministris ecclesiæ, sui corporis consecrandi potestatem, quū dixit. Hoc facite in meā cōmemorationem. Et rursum quod consecratū est, affirmauit vere suū corp⁹ esse, quū dixerit. Hoc est enim corpus meū. Perspicuū est igitur, q̄ Petri v̄bis ab aduersario recensitis, nihil repugnat q̄ corporaliter, & p̄sonaliter Christus præsens fiat in terris. Neq̄ enim ab eius p̄sona corpus ei⁹ quouismodo separatur. Adde, q̄ nisi quis diuorū vitas, quæ ad magnā ecclesiæ toti⁹ vtilitatem conscriptę sunt, penitus contemnere velit, ex eis abunde confirmabitur assertio nostra. Nam vt illę testatur, sæpenumero Christus semetipsum eis præsentem exhibuit, ad non mediocrem eorum consolationem, vt nihil mirū fuerit, si Petro iam in tantis angustijs constituto, Christ⁹ apparuisset. Ad hæc, non potest paulus fuisse mendax, quum dixit se vidisse dominum Iesum. Sic enim primæ ad Corinthios. ix. testatur. Annon sum Apostolus (inquit)? Annon sum liber? Annon Iesum Christum dominum nostrum vidi? Quod & dixit, ne cæteris apostolis qui Christum in terris corporaliter secuti sunt, habendus esset inferior. Et rursum ca. xv. Postremo vero omnium velut abortiuo visus est & mihi. At quū istud Paulus ad ostendendā verā carnis



resurrectionē eo loci pducit, oportuit eū vtriq; vidisse chris-  
 tū corporaliter & psonaliter, Præter hæc & locutū ei multa **Act. ix. et. xxij,**  
 Christū fuisse, palā est ex actis, tam, ix. ca. q̄. xxij, Sed & bar **Actuum, ix,**  
 nabas actor, ix. narrauit apostolis, quō Paulus in via vidit  
 set dñm, & q̄ locutus esset ei. Q; si Paulus in via Christum  
 viderit corpaliter, & audierit ad se loquentē, quid prohibet **Actuum, ix, )**  
 quo minus & idē contigisset Petro? Nā sicut in actis tradit,  
 q̄ quū Paulus viso circūfulgurante lumine collapsus est in  
 terrā, audiuit vocē dicentem sibi, Saul Saul quid me psequeris  
 ris? clamauit, Q; uis es dñe? Cui dñs. Ego sum Iesus, quē tu  
 persequeris. Durū est tibi contra stimulos calcitrare. Et pau-  
 lus tremens ac stupens, ait. Dñe, quid me vis facere? Subie-  
 cit Christus. Surge & ingredere ciuitatē, & dicetur tibi qd  
 te oporteat facere. Quid huic colloquio dissimile refertur  
 in historia Petri, Quāobrem vt vera fuit historia q̄ de Pau-  
 lo loquitur, ita & vera potuit esse quæ refertur de Petro.  
 Nā vtriq; tam Petro, q̄ Paulo, Christus corpaliter adeo p-  
 pinquus fuit, vt videri potuit ab vtroq; piter & audiri. Cæ-  
 terū hui⁹ historie de Petro nec vnice⁹ testis est, sed pleriq; sub **Eusebius,**  
**Linus,**  
**Aegesippus,**  
**Ambrosius,**  
 scribunt eidem & nominatim Eusebius, Linus, Aegesippus,  
 Ambrosius, Sed ista, quæ iam respōdimus abūde satis deſci-  
 unt aduersarium.

**CAVILLVS SEXTVS.**

Marcus euāgelista Petri discipulus, a pceptore admo-  
 nitus Romæ scripsit Euangeliū. Qd' petrus dū audiuit,  
 & approbauit, ecclesie ad legendū autoritate sua ædidit,  
 vt & Clemēs libro informationū scripsit, & Hieronym⁹  
 de viris illustrib⁹ meminuit. De quo Petrus in epistola sua  
 loquitur. Salutat vos Marcus filius meus, qui post cōscrip-  
 tū tandē Euangeliū Aegyptū prexit, & primus Alexan-  
 driæ Christū annuncians, illis ecclesiā constituit, exantla-  
 risq; laboribus, Neroniani imperij anno octauo vita fun-  
 ctus est. De cuius conuersatione apud Alexandriā, Philo-  
 quoc; Iudæus librum concinnauit.

**RESPONSIO.**



Qui dementi adscribunt libri, minus est tutum eis  
credere, qm̄ eorū quidā supposititiū sunt, ac falso Clemēti  
adscripti, quidā v̄o magna ex parte deprauati, ac errorib⁹  
infecti, vt iā antea probauim⁹. Itaq; sciendū q̄ in noui tes-  
tamenti libris, duos Marci cognomine fuisse insignitos  
inuenimus, quorū prior dicebatur Ioānes Marcus. Et de  
hoc legi actū. xiiij. Q̄ Paulo cū Barnaba Antiochiā  
inter pphetas, & Christi nois doctores exeunte, posteaq;  
visum est spūsancto, vt ad opus ministerij segregarentur,  
seniores impositis sup eos manib⁹ in ministerium eos con-  
firmarunt. Qui profecti in Seleutiam, venerunt tādē  
in Cyprū insulā, & Salaminā eiusdē insule urbē Christum  
p̄ Synagogas annūciantes, quibus erat adiūctus & hic Io-  
annes, qui cognominabat Marcus, nō reprobis quidem  
ministerio. Postquāāt puenerunt Paphū urbē in Cypro  
insula sitam, & inde nauigare vellent Pamphiliā, iā dictus  
Ioānes Marcus renuit proficisci cū eis, sed ecōuerso rediit  
Hierosolymā, & post hac Antiochiā. Quo ascendenti  
post aliqua tpm̄ interualla Paulo & Barnaba, & aliquantū  
diū Christū illis docentib⁹, dixit ad Barnabam Paulus, re-  
uertentes visitemus fratres p̄ vniuersas ciuitates, in quib⁹  
bus prædicauimus verbum dñi, quō se habeant, Act. xv.  
Barnabas vero secū volebat assumere & Ioannē cognom-  
mento Marcū, qui pridem iam ab eis descuerat, sed Paulus  
hunc rogatū habuit, ne id faceret, eo q̄ non cōueniat  
eū deinceps in munus euangelicum reassumi, q̄ antea ab  
eis defecerat. Et p̄gentes Pamphiliā relinquens, discessit  
Hierosolymā. Et hinc orta est inter eos dissentio, ita vt al-  
terutrū separarentur. Nā Barnabas assumpto Marco per-  
rexit Cyprum, & Paulus electo Sylla recepit se in Syriam  
& Ciliciā. Qui quidem Marcus, Barnaba ob nomē Chri-  
sti in Cypro impijssime trucidato, q̄ Aegyptum tandem  
iter occupauerit, nemo it inficias, cū Philo magni nomi-  
nis scriptor in Alexandria vrbe Aegypti prope ostium Ni-  
li sita, Christi nomen ipsum annūciasse prodat. Et Pet⁹  
ex Chayro, hoc est Babylone, quam Stephanus & Pto-  
meus in Aegypto sitam esse tradunt, epistolā scribens ip-



sius meminit, Salutatur vos inquit, Marcus filius meus.  
Credibile est enim hunc Marcum Petro familiarem fuisse,  
cum Alexandria non procul a Chayro distet, Et de hoc Marco  
multa figmenta reperiunt, Primum quod dum crediderit in  
Christum amputasset sibi pollicem, ut sacerdotio reprob-  
efficeretur, deinde quod Romae scripserit euangelium ad vo-  
ta Petri, quod primum falsum est, Nusquam enim hunc Mar-  
cum pinde ut nec Petrum in libris Canonicis Romae aliquando fu-  
isse inuenimus, Et scriptorum varietas mendacium hoc decla-  
rat, Hieronymus enim Clemens auctoritate scribit, mar-  
cum rogatum a fratribus Christi Euangelium scripsisse. Alij  
vero, quorum e numero & Platina non ignobilis est historicus  
tradunt quod Petrus Romanorum praebus motus, Marco qui  
ad hanc rem videbatur idoneus, Euangelij describendi ne-  
gocium iniunxerit, quem omnes velut ex composito, octavo an-  
no Neronis obiisse, Alexandriaeque sepultum fuisse scribunt.  
Verum enimvero hos decepit eorum indiscretio. Non enim alium  
Marcum inter apostolorum discipulos fuisse crediderant, &  
ideo quicquid de utroque legitur, ad unum falso retulerunt.  
Alter namque fuerat Marcus, nomine Aristarchus, qui coopera-  
tor, & discipulus fuerat Pauli, de quo ipse in priori capti-  
uitate sua, qua biennio Romae a Nerone detinebatur, ad  
Philemonem scribens mentionem facit, Salutant te Marcus  
Aristarchus, Demas, & Lucas adiutores mei, Denique ubi  
iam secundo in manus deuenit Neronis, & ingraves-  
cente aetate, ac laboribus confectus die obitus accelerare  
videns, Timotheoque e carcere scribens, eiusdem Marci ite-  
rum meminit, festina ad me venire cito, Lucas enim mecum so-  
lus est, Marcum itaque assume, & adduc tecum, est enim mihi  
utilis in ministerio, penulam, quam reliqui Troae apud Car-  
pium, veniens affer tecum, & libros, maxime autem & membranas,  
Quod Iacobus ille Stapulensis non omnino deterrimus,  
apostolicus interpretas, pulcherrime exponit ingens, Lucam  
secum habebat Apostolus, Marcum autem mandat obnixum, &  
membranas quae apud Carpum erant deferri. Sed ad quid  
nam nisi ut Lucae & Marco, electis a spiritu sancto diuinis  
scribis, eas relinqueret ad reponendum sanctum Euangelium.



Quid apertius his verbis dici poterat, quam quod Marcus Aristarchus, & non Ioannes Narcus sacrum Euangelium cōscripserit. qui facile Neronis imperij annos superavit, cum apostolus circiter tredecimum eiusdem imperij annum, epistolam hanc scribens, eū sibi a Timotheo adduci postulat. Neque idē, ne quem id moretur, Aristarchus & Ioannes apud Hebræos sonat, Aristarchus enim perinde Hebræis significat, ac si dicas suscitās coronā, Ioānes vero gratia dñi. Ex his euidentissime patet, fabulā esse quod de Petro, & Marco quidā scriptitant.

### RESPONSIO.

**S**umma totius huius proluxæ responsionis in hoc consistit, quod duo fuerint, quorum uterque dicitur sit Marcus, alter Ioannes Marcus, de quo saepe in Actis fit mentio. Alter Marcus Aristarchus, cuius & meminit Paulus in Epistola ad Philomenem dicens. Marcus aristarchus, demas, Lucas, adiutores mei. Et hūc Marcum Aristarchum aduersarius asserit euangelium scripsisse, non illum Ioānem Marcum. Cuius rei in partem, & fabrum citat testem. Sed nos hic primū ostendemus, neminem in sacris literis vocatū Marcum Aristarchum, nō eum saltem, cuius Paulus ad Philomenem meminit. Nam in ea epistola prorsus ali⁹ est, quē Paul⁹ Marcum vocat, & quem Aristarchum. Quod & ita fiet dilucidum, Eodem ipso tempore, quo scripsit ad Philemonē Paulus, scripsit & ad Colossenses, quod & supra docuimus ex Hieronimo. Nam & si Tychicus ad has perferēdas missus fuerit a Paulo, missus tamen fuit cum Onesimo, qui & alias pertulit ad Philemonē. Sic enim Paulus ad Colossenses testatur, de Tychico locutus, Quem, inquit, misi ad vos in hoc ipsum, ut cognoscat quid agatis, & cōsoleretur corda vestra, vna cum Onesimo fido ac dilecto fratre, qui **Hieronimus.** ex vobis, hoc est, qui vestras est, nempe Colossenses, ut erāt illi. Propter quod & Hieronimus subinfert. Ratio, inquit, ipsa & ordo deducit, quod & Philemo quoque Colossenses sit, & eo tempore cōmunē & onuem ecclesiam Onesimus epi



stolam tulerit, quo priuatas & sui cōmendatrices ad domi-  
num literas sumpserat. Sed & aliud indicium annotauit Hie-  
ronimus, nimirum q̄ in vtraq; epistola meminerit Archip-  
pi. Nam in ea quæ ad Colossenses inscribitur, sic ait, dicite  
Archippo. Vide ministerium, quod accepisti a domino, vt  
illud impleas. In altera vero ad Philemonē, in ipsa mox epi-  
stolæ fronte salutatur Archippum. Et Archippo (inquit) com-  
militoni nostro. Tertium insuper indicium est, q̄ in vtraq;  
se vinctū fuisse testatur. Sic enim ad Colossenses ait, Prop-  
ter quod & vinctus sum. Et ad Philemonem Paulus vinctus  
Iesu christi. Postremo quartum indicium est, qd̄ & ad rem  
nostram maxime facit. Nempe q̄ in epistolæ recessu, totidē  
vtrobique, licet non eodem ordine, salutantes introducit.  
Sex enim memorat ad Colossenses, videlicet Aristarchum Col. vi,  
& Marcum, Iesum & Epaphram, Lucamq; & demam. Et to-  
tidem, ni fallor, apud Philemonem reperirentur; si nō allu-  
cinatum fuisset in nomine Iesu. Sic enim ad Philemonē ha-  
betur. Salutant te Epaphras concaptiuus meus in Christo  
Iesu, Marcus, Aristarchus, demas, Lucas adiutores mei. Q̄  
si nomen Iesus in recto fuisset positum, iam totidem in hac  
epistola salutantes numerabis, quot in illa, quæ ad Colossen-  
ses data fuit, vt si ad hunc modum legeremus. Salutant te  
Epaphras concaptiuus meus in christo, deinde sequatur Ie-  
sus, Marcus, Aristarchus, demas, Lucas adiutores mei, vtcū  
q; fuerit, palam est Marcum, & Aristarchum, quemadmo-  
dū in epistola ad Colossenses duo sunt, ita & in hac ad Phi-  
lemonem duos esse, quū vtraq; epistola eodem tempore fu-  
isset cōscripta. Huc accedit, q̄ aduersarius fatetur hūc Mar-  
cum, cuius Paulus meminit ad Philemonem, Euangelium  
scripsisse, quod nos secundum Marcum appellamus, & pro-  
inde negare non potest eundem a Petro vocatum fuisse fi-  
lium. At is, quem Petrus filium vocat, erat consobrinus Bar-  
nabæ, vt exactis mox docebimus. Quamobrem & idem  
cum eo sit oportet, de quo mentionem ad Colossenses fa-  
cit Paulus. Nam Paulus ibidem ita scribit. Salutatur vos Mar-  
cus consobrinus Barnabæ. Sed age iam ostendamus eundē  
fuisse dictum petri filium, & cognatum item Barnabæ. Pri

N i



Actuum xij, mū in actis ca. xij. traditur, q̄ Petrus, protinus vt e vinculis herodianis euasisset liber, ad domū Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, se receperit. Vnde facile cōijcere licet, Petrum tantam erga Marcum beniuolentiā cōcepisse, vt deinceps eum vocarit filium. Veruntamē haud multo post, Paulus & Barnabas eūdem assumpserūt in suū ministerium, vt in eiusdem capituli calce palam scriptum est. Actuum, xiiij, Caterum vt in. xiiij. ca. traditur, quum Paulus & Barnabas Pergem Pamphiliæ venissent, Marcus ab eis digressus, redijt Hierosolymam. Propter quod & Paulus, quum postea Barnabas ei suauis, vt Marcum denuo ministrum acciperet, non assensit, atq; ita Barnabas assumpto secum Marco secedens a Paulo, nauigauit Cyprum. Erat enim affinitate coniunctus Marco, quod & hoc loco, Beda palam testatur. Beda Verisimile igitur esse iam liquet ex ijs, eundem fuisse Marcum, quem Petrus in epistola sua filium vocauit, & quem Paulus ad Colossenses vocat consobrinum Barnaba. Porro quum in Actis non semel Aristarchi mentio fit, nūq̄ tamen appellatur Marcus. Quamobrem & omni probabilitate caret, aut q̄ is in epistola ad Philemonem Marcus Aristarchus dictus fuisset, aut q̄ in duabus illis epistolis, nempe ad Colossenses, & ad Philemonem, duos expressisset Paulus, qui nomine Marci vocarentur. Hæc igitur, vt arguitatio, cui sub Cauillo sexto nititur aduersarius, omnino refellatur, opinor sufficere posse.

CAVILLVS SEPTIMVS.

Philo Iudæus, vir literarum pollentissimus, sub C. Caligula a gente sua Romam missarius factus, dum non nihil periclitaretur secunda vice sub Claudij imperio illac remissus, cum Petro apostolo de nonnullis cōtulit rebus, & tam arctissimas secum inijt amicitias, vt tandē, quoties modo licuit, in libris suis Christianos honestis traduxerit laudibus. Et in Ioannis Marci praconijs, pleno libro versaretur, vt Hieronymus in libro de viris illustribus prodicit.



## RESPONSIO

Has nœnias vel solus rîsus potis sit explodere. Qui nã  
Philo Iudæus sub Claudij imperio, Petrũ Romæ cõueni  
re poterat, quẽ nunquã etiã Romę fuisse tot iã rationibus  
periuasimus, siquidẽ Paul⁹ in fine imperij Claudij Roma  
nos literis suis fidei, ac virtutũ admonēs, & omnes presby  
teros seniores, & muneris euangelici coadiutores, tamen  
etiã quosdã plebeos salutans, soli⁹ Petri ne tantillũ quidẽ  
meminit. Tandẽ quarto Neroniani imperij anno Romã  
perductus, Petrũ illic non inuenit, & biennio ibi existens  
nullã ecclesiã ei⁹ salutatur nomine. Lucas ad quartũ vsq; Ne  
ronis annũ Historiam apostolicam Romæ scribens, Petri  
nullã mentionẽ facit, Paulus decẽ præterlabentibus annis  
secundario Romæ captiuatus, nullũ Petri præsidũ sensit,  
sed ab omnib⁹ fere destitutus, rẽ euangelicã cũ vno Luca  
tractauit, sin vero ea ratione Philo Christianos laudasse  
putatur, q̃ cũ Petro inierit amicitia, ego in Iudæa poti⁹ id  
contigisse crediderim, vbi Petrus Christũ prædicãdo æta  
tem suã cõsumpsit, & mortẽ inibi passus est. Aut nõ quid  
solus Iudæorũ Philo Christi nomẽ dignis Encomijs extu  
lerit? Iosephus em̃, qui nõ commemoratur alicubi Petrũ  
vel vidisse, vel amicitias secũ pactũ fuisse, tamen adeo ho  
nestã Christi mentionẽ in suis de antiquitatib⁹ fecit libris  
vt interim mirum videatur, e tam perniciosissima gẽte, ali  
quem reperiri potuisse, qui tanto laudis præconio Chri  
stũ extulerit, sed quid mirũ Iosephũ talia de Christo dixis  
se, cũ & demonũ legiones Christũ prædicare cogerentur?  
Cuius & nos veritatẽ in multa discrimina pductã nũc de  
fendimus, sceleratq; & errores occidentalis Babylonis pa  
tefacimus, præmia immarcessibilis coronæ ipsius benigni  
tate dubio procul adepturi.

## RESPONSIO



Quæ sibi Vele-  
nus obiicit ipse  
se non diluit,

Vides lector, quibus hic strophis aduersarius vtitur.  
Quum enim debeat ad Hieronymi testimonium re-  
pondere, non id facit, sed iaculum declinans, prætexit  
se validissimis ante rationibus, satis firmasse Petrum no-  
uisse Romæ. At qui satius omnino fuisset istud non obiecit,  
se, quæ tali vafricie subtrahere se certamini. Quid enim hoc  
aliud est, quæ se plane victum ostendere? Neque enim tergiuer-  
sari potest, quin Philo iudæus aliquando Romæ fuisset, tan-  
tus est scriptorum in hac vna re consensus. Atque ideo sub-  
terfugium quærens comminiscitur Philonem cum Petro  
in Iudæa potius amicitiam contraxisse. Verum hoc, si factum  
in Iudæa fuisset, æqua facilitate potuit ab historicis  
enarrari, qua modo referunt id Romæ fuisse gestum. Ca-  
terum quæ in Iudæa cum Petro colloquium habuisset Philo,  
nec vnum quidem autorem aduersarius citare poterit. Et  
sane probabile est, id non illibentius ab eis fuisse relatum, quæ  
quod modo referunt Romæ fuisse factum. Neque video, cur,  
eo præsertim tempore, quicquam fingi potuisset, aut Philo-  
nis, aut Petri, aut Marci gratia. Humilior enim Romanus  
Clarus, & rerum sæcularium contemnentior, ad vsque Hiero-  
nomyi tempora fuerat, quam vt suspicari quisquam pos-  
sit, illos eiusmodi mendacia voluisse confingere. Quod si  
coniecturas in hac re sequi liceret, ego facile crediderim, quæ  
Marcus ob eam necessitudinem, quam Romæ cum Philone  
inijt, dum is adhæserat Petro, postea concesserit Alexandria-  
am. Nam & Romæ tum erat Marcus, vt & epistola ad Col-  
lossenses testatur. Neque dubium esse potest, quin tum ibi  
fuerat Petri causa, magis quam Pauli, quando quidem & Paulus  
illum ante repulisset, vt ex Actis manifeste liquet. Sed  
& erat Philo vir Alexandrinus, vt testatur Eusebius, & ob  
seditionem inter Iudæos & Græcos Alexandriae suscitata,  
missus Romam in legationem pro Iudæis suis contributi-  
bus. Et bis utique legatus mittebatur, quemadmodum &  
Hieronymus affirmat. Porro quæ aduersarius ait Iosephum,  
quanquam nec alicubi Petrum vidisse memoratur, haud mi-  
nus dignis Encomijs extulisse Christi nomen, quæ fecerat  
Philo, nihil ad rem facit. Nam Hieronymus non de Chris-

Col. vi.

Actuum, xv.  
Philo Alexan-  
drinus,  
Eusebius,

Hieronymus,  
Iosephus



ti nomine, sed de Christianis Alexandriae sub Marco de-  
gentibus, multa scripsisse Philonem asseruit, & in eorum  
laudibus copiose fuisse versatum. Quae res non parum ad-  
stipulatur his, qui Philonem affirmant Romae cum Petro  
familiaritatem inisse, Iosephus autem, & si de Christo scrip-  
serat, tamen ab Aegesippo notatur, perfidiae Iudaeorum fu-  
isse consors, in hoc ipso sermone, quem de eorum supplicio  
manifestauit. Quorum (inquit) arma deseruit, eorum tamen  
sacrilegia non dereliquit. Deplorauit flebiliter erumnam,  
sed ipsius erumnae causam noluit intelligere. Nec mirum  
cuius esse debet, si Iosephus Romae Petrum non viderit,  
quum non ante Petri mortem Romam ipse concesserit.  
Accessit enim Vespasiani temporibus, quum tamen Pe-  
trus ante sub Nerone cruci fuisset affixus. Perspicuum igitur  
ex his opinor, cunctis factum esse, nihil aduersariū hoc  
suo profecisse Cauillo. Neque enim sustulit quin Philo-  
Petrum conuenisset Romae, quod Eusebius & Hiero-  
nymus, haud leues auctores, constanter affirmant. Et profecto  
nisi pudorem omnem abiecisset aduersarius, potuit  
in indicijs adeo manifestis frenari, ne diutius aduersus Pe-  
tri Pontificatum (quem in Romae gessit) oblatraret. Et im-  
primis ad hanc rem facit amicitia ipsa Philonis & petri mu-  
tua, quam auspiciatam fuisse Romae, historici fide digni pro-  
diderunt. Referunt idem, & Philonem Christianos in A-  
lexandria sub Marco degentes, miris laudibus extulisse.  
Cōducit & salutatio, qua Paulus e Roma Marcum in vna  
suarum epistolarum salutare Colossenses facit. Confert &  
alia, qua Marci nomine Petrus e Roma Iudaeos, sparsim in-  
colentes regiones gentium, salutat. Promouet insuper eā  
rem, & Euangelium, quod a Marco Romae fuisse scriptum,  
ab omnibus ascribitur. Admuniculatur & epistola petri pri-  
or, quam veteres vnanimiter affirmant ex Roma fuisse mis-  
sam. Ad haec haud paruum indicium est huiusce rei, conflictatio  
quam cum Simone mago Romae Petrus habuisse, tam  
ab Aegesippo quam ab alijs enarratur. Adde, quod ab eisdem  
refertur & colloquium, quod cum Christo Petrus habue-  
rat, dum e Roma fugam meditaretur. Accedunt his, & lo-

Aegesippus,

Eusebius.  
Hieronymus,

Col. vi,

i. Petri ultimo.



ci, tam vbi necatus Romæ Petrus fuerat, q̄ vbi corpus eius  
erat ibi sepulturæ traditum. Et demum, quod negare nemo  
potest, cineres & ossa Petri adhuc habentur Romæ, quæ ad  
modũ & Hieronym⁹ suo tpe fuisse testatur. Sic enim aduer-  
sus Vigilanciũ scribit. Male facit ergo Romanus Episcopus,  
qui super mortuorum hominum Petri & pauli  
secundum nos ossa veneranda, secundum te vilem puluis-  
culum offert domino sacrificia, & tumulos eorum Christi  
arbitratur altaria. Sed præter hæc indicia tam apertissima,  
non desunt innumera clarissimorum autorum testimonia,  
græcorum iuxta ac latinorum, qui passim vno ore confir-  
mant, Petrum fuisse Romæ, quum aduersarius nec vni⁹ cui-  
iuspiam habeat scriptoris testimonium, pro sua parte, neq̄  
aliud quicq̄, præter quasdam negatiuas argutias, vt quia  
Paulus non salutauit, & Lucas non meminit, cuiusmodi se-  
cundum nullam dialecticam, alicuius momenti sunt. Tot  
igitur indicijs & testimonijs pro nostra parte citatis, permo-  
neretur aduersarius, ne diutius contra veritatem vsq̄ adeo  
dilucidam reluctaretur. Quinetiã pudor, vt ante diximus,  
hominem (si non perfrictissimæ frontis esset) cohiberet ab  
hoc mendacio tam insigni. Cæterum Lutherani cuncti, ma-  
licia tantum aduersus Petri sedem imbiberunt, vt non ali-  
ter q̄ putris cloaca pestilentem halitum euaporat semper,  
sic isti quicquid excogitare Calumniarum & mendaciorũ  
quæunt, id omne in Pontificem & sedem illã euomere non  
cessant. Sed de ijs hætenus.

## TOTIVS OPERIS CONCLUSIO.



**D**erspiciū igitur esse iā opinor, ex hac responsi-  
 one nostra, q̄̄ futilibus argutijs, q̄̄ triuolis so-  
 phismatibus, q̄̄ nugacissimis nugis aduersari⁹  
 ostendere molit⁹ sit, nunq̄ Romæ fuisse petrū,  
 & e regione, q̄̄ efficacibus rationibus, q̄̄ soli  
 dis autorum subscriptionibus, q̄̄ apertissimis indicijs nos  
 eundem Romæ fuisse monstrauimus, vt nihil amplius pro  
 hac re, iam desyderare lectorē credam. Verūtamen ex abū-  
 danti rursus ostendere conabimur, quantum huic rei con-  
 quadrent ea, quæ in Euangelijs subseruiunt instituto, nos  
 tria dumtaxat impræsentiarum memorabimus. Quorum  
 primū est, q̄̄ Petrus, q̄̄ non esset primus a Christo vocat⁹,  
 primus tamen inter apostolos a Christo fuerat constitut⁹.  
 Alterum, q̄̄ idem a Christo Petra dictus sit, super quam ec-  
 clesie suæ structura confurgeret. Tertium est, q̄̄ eidem a  
 Christo dictum erat, Ego oraui pro te Petre, vt non defici-  
 at fides tua. Hæc adeo manifesta sunt, vt negari, nisi ab im-  
 pudentissimis, non possint. Expendat itaq̄̄ secū lector,  
 iuxta primum horum, annon aptissime congruat, vt quum  
 totus orbis ad Christianismum esset cōuertendus, vrbs ea,  
 quæ totius orbis prima censetur, nulli alteri pro sede, q̄̄ ei  
 qui primus inter Apostolos erat diuinitus obtingeret.  
 Nam si quispiam alius apostolorum eam sedem fuisset for-  
 titus, iam non solum Petrus in hoc haberet superiorem, ve-  
 rum etiam indecore præcipua sedes, apostolo non præcipuo  
 distribueretur. Quamobrem & Leo primus in contione  
 quadam de apostolis, ad hunc modum scribit. Mam cū du-  
 odecim apostoli, accepta per spiritū sanctum omnium locuti  
 one linguarum, imbuendum euangelio mundū, distributis  
 sibi terrarū partibus, suscepissent, beatissimus Petrus prin-  
 ceps apostolici ordinis, ad arcem Romani destinatur impe-  
 rij, vt lux veritatis, quæ in oim gentium reuelabatur salutē,  
 efficacius se ab ipso capite, per totū mūdi corp⁹ effunderet.  
 Cuius autē nationis homines in hac tūc vrbe nō essent; aut  
 quæ vsq̄̄ gētes ignorarent, qd̄ Roma didicisset; Hic cōcul-  
 candæ philosophiæ opīniones, hic resoluendæ erāt terrenæ  
 sapientiæ vanitates, hic confutandus demonum cultus,

Tria Petri pre-  
 rogatiua ex sa-  
 cris literis ex-  
 cerpta que hu-  
 ic subseruiunt  
 instituto,

PRIMUM

De primatu  
Petri.

Leo primus



hic omnium sacrilegiorum impietas destruenda, ubi diligentissima superstitione erat collectum, quicquid usquam fuerat vanis erroribus institutum. Hæc LEO primus, cui in Calcidonensi Synodo, summa patrum admiratione, ter sanctus acclamatum fuit.

SECUNDV, SECVNDVM autem, quod ex euangelijs protulimus, est, q̄ Petrus a Christo solidum saxum & præcipuum totius ecclesiæ post seipsum fundamentum, constitutus fuit. Cui rei, tamen si Lutherani contradicant, tantus est tamen sacrorum interpretatum in eam consensus, ut quicquid illi deblaterent haud aliter quàm canum latratus exhibitari debeat, Cæterum ut sacros interpretes omittamus, quibus Lutheriani nec pilum deferunt, ipsæ scripturæ satis eã rem testantur. Anno apud Ioannem scribitur, Christum Simoni dixisse, Tu es Simon filius Iona, tu vocaberis Cæphas, quod sonat, si interpretæris, lapis. Et quid inter lapidem & petram interest? Nihil sane, quantum ad hoc negocij spectat. Quamobrem & quum imposuisset ei Christus nomen istud, vocassetq; Simonem Cæphan, seu Petrum, hoc est, vel petram vel lapidem, aut si mauis saxum, nonne subiunxit, Et super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et quorsum alio Christus illi nomen eiusmodi præ cæteris apostolis imponeret, quod lapidem, saxum, aut petram significat, quã q̄ ab ipso velut a præcipuo post seipsum fundamento, ecclesiæ structura consurgeret. Et istud impræsentiarum nunquid non apertissime cernimus impletum? Quis non aduertit ecclesiam, quam habemus hodie, non ab alio apostolo quã a solo Petro promanasse? Vbi iam locorum sunt Christiani, quos aut Andreas conuertit, aut Ioannes aut apostoli cæteri? Nusquam omnino sunt, sed nec eorum aliqua successio iam extat, de veris loquor Christianis, non de hæreticis neq; de schismaticis. Neq; enim omnes quibus in ore Christus est, sincere Christiani sunt habendi. Reliquum est igitur, ut huius congregationis, quam hodie vocamus ecclesiam, solus ipse Petrus exordium habitus sit, ut & esse debuit, nimirum ex oraculo Christi, Solus, inquam, post Christum. Nam lapis omnino Christus, huius structu

De noie] Petri

ioan. i,

Cæphas  
Petrus,  
Lapis  
Petra  
Saxum



rā Christus fuit, quē ad modum & paulus testatur. Ipso (in  
 quit) summo angulari lapide Christo Ihu, in quo omnis edi  
 ficatio crescit in templum sc̄m̄ in domino. Sed deinde post  
 Christū primus fuit Petrus, super quē edificatur, quotquot  
 hodie christiani sunt, veluti viui quidā lapides (vt idem ait)  
 in domū spiritalē, quæ nimirum est ecclesia. Nam ecclesia  
 quid aliud est, quā fidelium in quādā vnitate collectio,  
 siue compositio? Quæ sane iam non alia putari debet, quā  
 quæ temporibus Petri fuerat, tamen nos, qui iam extam⁹,  
 plurimū ab illis sumus diuersi. Quū enim ipsa Christianorū  
 successio, quæ cœpit a Petro, durauerit huc vsq; penitus in  
 errupta, non immerito, potest vna prorsus ecclesia dici to  
 ta ipsa collectio, quæ ab ipso processit. Quis non videt igitur,  
 quantum illis Christi verbis congruat, q̄ Petrus aliquā  
 do sedisset Romæ, quū e Romana ecclesia tanq̄ ex primo  
 fonte, verē fidei lux in cæteras, quæ iam per Christianismū  
 sparsæ sunt, ecclesias deriuata sit.

Postremo, si pensitauerimus id, quod tertio loco fuerat me  
 moratū, nēpe de fide Petri, dilucide perspiciem⁹ haudquaquā  
 congruere, vt Petro pro præcipua sede contigisset eaz; ali  
 qua, quas iā occupat infidelitatis tenebræ. Non inficias eo  
 quin clara fidei lux olim Antiochiæ fullerit, vbi primū sedit  
 Petr⁹, sed ea nūc per infideles amministratur. Hierosolyma  
 quoq; quā rexit Iacob⁹ frater dñi, iā Soldani regit imperio.  
 Andreas Achaiā Christo cōquisiuit, at ea iā inimicis Chri,  
 nimis Turcis est sub dita. Minorē insup Asiam Ioānes obti  
 nuit, at ibi nūc magnus ille Turcarū princeps dñatur. Sic &  
 portiones orbis reliquas, quæ cæteris obtigerunt apostolis,  
 nūc propemodū in infidelium man⁹ cōstat deuenisse. Cōgrue  
 bat igitur, vt eā demū orbis partē occupasset Petr⁹, in qua fi  
 des euāgelica neutiq; extinguere. Id quod, an cuiq; aposto  
 lorū alteri cōtigerit, vix ausim asserere. Nā & si chr̄s in vni  
 us, aut alteri⁹ eorū sede, fuerit adhuc prædicat⁹, verendū est,  
 ne sic prædicet, quē ad modū ab hæreticis & scismaticis fieri,  
 nōnullis locis intelligim⁹. Et q̄ eadē sit fides Petri, quæ & ce  
 terorū fuerat, tñ quia Petro singulariter hoc erat dictū, con  
 grūū fuit, vt alicubi locorū, in quo Petr⁹ hāc fidē prædicarat,

Ephesi, ij,

TERTIVM  
De fide Petri

Eadē fides Pe  
tri quæ et cæte  
rorū,

Q i



ea ad hunc vsq; diem vigeret indefectibiliter, quod nusquam  
sane fieri, præterq; Romæ, potest a quouis affirmari. Sed  
ait forte quispiam, Nusq; alibi vita Christianorum, Christo  
magis aduersatur, q; Romæ, atq; id quidem inter ipsos eccle-  
siæ proceres, quorum conuersatio, plusq; ex diametro, cum  
Christi vita pugnat. Christus enim paupertatis amator erat,  
illi paupertatem vsq; adeo fugiunt, vt nulli rei studeant ma-  
gis q; diuicijs accumulandis. Christus huius mundi gloriam  
auerfabatur, illi pro captanda gloria, nihil non patiuntur &  
agunt. Christus deniq; seipsum crebris ieiunijs, & orationi-  
bus assiduis, vehementer afflixit, illi nec ieiunant, nec orât,  
sed luxui libidinibusq; toti sunt dediti. Sed & iidem, cunctis  
qui sincere Christianeq; viuunt, maximo sunt offendiculo,  
quippe quorum mores a Christi doctrina tam alieni sunt,  
vt per eos Christi nomen in toto orbe blasphematur. hæc  
fortasse nobis aduersarius obiectabit. At ista nostrum in-  
stitutum confirmant. Nam quum cæterorum apostolorum  
sedes videmus iam passim ab infidelibus occupari, & hæc so-  
lam, quæ Petri fuerat, ad hunc vsq; diem, sub ditione dura-  
re Christiana, quæ tamen ob tot nefanda scelera flagiciaq;  
deleri cum cæteris promeruit, quid aliud cogitare possumus,  
q; veracissimum esse Christum, qui tot, & tantis laceffitus  
iniurijs, promissa tamen seruat vel inimicissimis. Fides per  
Petrum prædicata Romæ, non defecit hætenus. Et perma-  
net adhuc ecclesiæ vera successio, quæ a Petro sumpsit ex-  
ordium, cuius & ipse velut saxum & solidum a Christo fun-  
damentum erat constitutus. Quis iam itaq; nõ dilucide pe-  
spicit, quantum ista mutuo se fulciunt, hoc est, quantum pe-  
tri sedes, quam is Romæ diuinitus locauit, verbis Christi  
vacitatem astruat, ac vicissim, quantum ipsa Christi verba,  
Petrum Romæ sedere debuisse, valide corroborant.  
Nam quia Petrus fuit inter apostolos præcipuus, congrue  
bat, vt & præcipuam sedem ipse sortitus esset. Et quia petri-  
næ soliditatis ei nomen fuerat impositum, æquum erat, vt  
ab ipso non euanida sed solida quædam posteritatis stru-  
ctura promanaret. Deniq; quum ei peculiariter a Christo  
fuisset dictum, Non deficiet fides tua Petre, decuit vt alicui

Lucæ, xxij.



bi fidem Christi doceret Petrus, quæ sic duraret, vt aduer-  
sus eam, infidelitatis tenebræ ne uicti præualerent. Quo-  
trium vix vnum aliquod hodie satis creditū esset, si cuius-  
uis alterius apostoli sedes, quæ nunc ab infidelibus occupa-  
tur, Petro postrema contigisset. Horum euenta sic permo-  
uerunt Augustinum, vt is, per ea se plane fatetur in ecclesie  
gremio fuisse colligatum. Sic enim inter alia scribit, aduer-  
sus Manicheum. Tenet me ab ipsa sede Petri apostoli, cui  
pascendas oues suas post resurrectionem dominus comen-  
dauit, vsq; ad præsentem Episcopatum, successio sacerdo-  
tum. Tenet ipsum catholicæ nomen, quod non sine causa  
inter tam multas hæreses ista ecclesia sola obtinuit. Hæc  
Augustinus. Ex quibus verbis palam intelligimus ipsa tria.  
Primū, Petri sedem. Deinde, perpetuam Episcoporum a  
Petro successionem. Tertium, qd inter tam multas hæreses,  
hæc ecclesia, quæ a Petri sede promanauit, vel sola catholi-  
cæ nomen obtinuit. Opinor itaq; iam vel sole dilucidius ap-  
parere, Petrum vere fuisse Romæ, nihilq; nisi meras calum-  
nias esse, quas aduersarius ex virulenta malicia contra Ro-  
manæ Cathedræ principatum euomuit. Sic enim Lutherani  
nos nihil pudet, quicquid possunt mendaciorum aduersus  
eam sedem confingere. Sed quum in hac re tam manifesta  
ria velut impostores depræhensi sint, æquum est, vt quicquid  
de cætero scripserint, ex hac metiamur, & ipsum, ceu vene-  
num, ad fidelium perniciem propinatum, modis omnibus a-  
uersemur.

Augustinus

Tria ex verbis  
Augustini åno-  
tanda,

τέλος.  
τῶ θεῷ δόξα.



**AVTORVM CATALOGVS.** quorum testi-  
 monijs in hoc libello vtitur, præter Sacras literas & ratio-  
 nes quas adducit.

Origenes:  
 Chrysoftomus:  
 Cyrillus,  
 Dionysius:  
 Ignatius.  
 Theophilus:  
 Niceta.  
 Hyppolitus:  
 Eusebius.  
 Papias hierapolitan<sup>9</sup>  
 Appollinarius.  
 Philo.  
 Athanasius

Tertullianus:  
 Cyprianus,  
 Hilarius  
 Lactantius:  
 Hieronymus:  
 Ambrosius.  
 Augustinus.  
 Hyreneus.  
 Victorinus:  
 Leo.  
 Annius:  
 Lyranus.  
 Burgenfis:

Linus:  
 Clemens:  
 Africanus:  
 Beda.  
 Orosius:  
 Eutropius:  
 Aegelsippus:  
 Iosephus.  
 Platina.  
 Sabellicus:  
 Rogerus.  
 Volateranus:  
 Ioannes baptista

ר' בן ש"ה ב' תמוז

συνέπεσε ἐν πλατείαις ἡ ἀλήθεια

Corruit in plateis veritas.



## ERRATA:

- A** pagina, iij. ꝯsu, xxvij. lege Timotheum. Item pa. viij. ꝯ. xvij. lege contemporaneus.
- B** pagina, iij. versu, xij. lege vigintiquinq;
- C** pa. iij. ver. viij. & xxij. lege impartit, impartiat. Item pa. vi. ver. vi. lege presbyteros. & pa. viij. versu, ix. lege donum.
- D** pa. vij. ver. x. le. siue hoc. Itē in margine le. comparatio
- E** pa. i. ver. iij. le. Tichicū. & pa. iij. ver. xij. le. fœdate & pa. v. ver. xxij. lege Philemone. & pa. viij. ver. vij. lege. nempe.
- F** pa. viij. ver. xxij. le. Christianosq;. Item pa. iij. ver. iij. le. fecisset. & ver. xvij. le. Neroniani.
- G** pa. i. ver. xix. le. cui<sup>9</sup> vni<sup>9</sup>. & pa. ij. ver. xxij. le. passiones. Item in margine lege Scriptorum.
- H** pa. i. ꝯ. xxvi. le. pleraq;. & pa. iij. ver. xvi. lege in Math:
- I** pa. i. ver. xxij. le. positurus. & pa. iij. versu, xij. le. nomē & ver. xxvi. le. eum. & pa. v. ver. ix. le. cederet. & pa. viij. ver. vi. lege respondens, & cauillo.
- K** pa. iij. ver. xij. le. exactissimus.
- L** pa. iij. ver. vi. le. legatur.
- M** pa. vij. ver. xxvi. le. accelerare. & pa. viij. ver. xxij. lege Philemonem, & ver. vi. le. Colossenses.
- N** pa. iij. ver. xxij. le. peruicacissima.



ANTVVERPIAE IN AEDIBVS  
GVILIELMI VORSTER,  
MANNI. AN. M. D.  
XXII. III. CALEN.  
NOVEMBRIS.





S



Sit dñs inter nos testis v̄itatis.

וְיִשְׁמַע יְהוָה בְּעֵת צָרָתְנוּ



Ὁ το κύριος μεταξυ ημῶν τῆς ἀληθείας μάρτυρ

וְיִשְׁמַע יְהוָה בְּעֵת צָרָתְנוּ

ῶνισαί τῆρ ἀλθειαρ και μᾶ πώλειδ

E me veritatem & noli vendere.

































The  
1505

Th  
1505